Filij alieni mẽtiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt / et claudicauerunt a semitis suis.
Viuit dominus & benedictus deus meus: & exaltet deus salutis mee.
Deus qui das vindictas mihi / & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracũdis.
Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine: et nomini tuo psalmum dicam.
Magnificãs salutes regis eius / et faciens misericordiam christo suo dauid: et semini eius vsqȝ in seculum.
Gloria patri et filio: & spiritui sctõ.
Sicut erat in principio & nũc. &c.
Per aduẽ. ãn. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: et adorabunt eũ omnes reges / omnes gentes seruient ei. ℣. Egredietur virga de radice iesse. Et flos de radice eius ascendet. Post octa. epipha. vsqȝ ad passionem domini. ã. Dominus firmamentum meum et refugium meum. ℣. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. ℟. Super iudicia iustificationis tue. Per estatem. ãn. Tu populum humilem saluasti a morte redemptor: atqȝ superba tuo colla premis iaculo. ℣. Media nocte. Psalmus. xviij.

Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuum ei⁹ annunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.
Nõ sunt loquele neqȝ sermones: quorum non audiantur voces eorũ.
In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanqȝ spõsus procedẽs de thalamo suo.
Exultauit vt gygas ad currendam viã: a sũmo celo egressio ei⁹.
Et occursus ei⁹ vsqȝ ad summũ eius: nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuertens animas: testimoniũ domini fidele sapientiã prestãs paruulis.
Iustitie domini recte letificãtes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia dñi vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum: et dulciora super mel et fauum.

Etenim seruꝰ tuus custodit ea: in custodiēdis illis retributio mlta.
Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati tūc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.
Et erunt vt cōplaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus: et redemptor meus.
Gloria pri et filio: et spiritui scto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū. Amē.
¶ Dominicis diebꝰ per aduē. vsq ad natiuitatem dñi. In. iij. noc. ā. Nox precessit/dies autem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarū et induamur arma lucis. ¶ Dominicis diebꝰ ab octa. epi. vsq ad passio. do. qñ de do. agit. In. iii. noc. ā. Preceptū dñi lucidū illuminās oculos. ¶ Dominicis diebꝰ per estatē qñ de do. agit vsq ad aduentū. In. iii. noct. ān. Sponsus vt e thalamo processit christus in orbē: descendens celo iure salutifero. ps. xix.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: et de syon tueatur te.
Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secūdum cor tuum: et omne cōsilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tuo: et in noīe dei nostri magnificabimur.
Impleat dominus oēs petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominꝰ christū suū.
Exaudiat illū de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eiꝰ.
Hi i curribus et hi i equis: nos autem i nomine domini dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sūt et ceciderūt: nos autem surreximꝰ et erecti sumus.
Domine saluum fac regē: et exaudi nos in die qua inuocauerimꝰ te.
Gloria patri et filio: et spūi sācto.
Sicut erat in principio et nunc et semper. et cetera. Per aduen. aña. Hora est iam nos de somno surgere: et aperti sunt oculi nostri surgere ad christum: quia lux vera est fulgens in celis. Ab octaua epipha. vsq ad passionem domini. ān. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Per estatem. ān. Auxilium nobis saluator mitte salutis: et tribuas vitam tēpore perpetuo. Psalmꝰ. xx.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.
Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.
Vitam petiit a te et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi non cōmouebitur.

Inueniatur manus tua omnib⁹ inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos vt clibanum ignis in tpe vult⁹ tui: dñs in ira sua cõturbabit eos/et deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filijs hominum.
Quoniã declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire.
Qm̃ pones eos dorsũ: i reliquijs tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare dñe in virtute tua: cantabim⁹ ꝛ psallem⁹ virtutes tuas.
Gloria patri ꝛ filio: et spũi sãcto.
Sicut erat in principio et nunc et semp. ꝛc. Per aduẽ. ã. Gaudete i dño semper/modestia vestra nota sit omnibus hominibus/dominus prope est/nichil solliciti sitis/sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apd deum. ℣. Egredietur dominus de loco sancto suo. ℟. Veniet vt saluet populũ suũ. nõ dicatur vlteri⁹. Ab octa. epie vsqꝫ ad passio. dñi. ã. Domine in virtute tua letabit rex. ℣lus. Exaltare domine in virtute tua. ℟ium. Cantabimus et psallemus virtutes tuas. Per estatem. ãn. Rex sine fine manens miseris tu parce euinis: premia concedens ꝛ tua cuncta regens. ℣. Exaltare. vt sup.

¶ Canticũ Ambrosij ꝛ Augustini.



Te deum laudamus: te dñm confitemur.
Te eternũ patrem oĩs terra veneratur.
Tibi omẽs angeli: tibi celi et vniuerse potestates:
Tibi cherubin ꝛ seraphin: incessabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sãctus. Dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue.
Te glorios⁹ apostolorum chor⁹:
Te pphetarũ laudabil numer⁹:
Te martyrum candidat⁹ laudat exercitus.
Te per orbem terrarum: sancta confitetur ecclesia.
Patrem immense maiestatis.
Venerandum tuum verum ꝛ vnicum filium.
Sanctũ quoqꝫ paraclitũ spiritũ.
Tu rex glorie christe.
Tu patris sempitern⁹ es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quesum⁹ famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti.
Eterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos: et extolle illos vsqꝫ in eternum.
Per singulos dies benedicim⁹ te.
Et laudamus nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.
Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine: miserere nostri:
Fiat misericordia tua dñe super nos: queadmodũ sperauim⁹ in te.
In te domine speraui: non cõfundar in eternũ. ℣ Excelsus super omnes

gentes dñs. ℟. Et super celos gloria eius.
De⁹ in adiutoriũ. ¶ In laud. ã.
Regnauit domin⁹ precinctus fortitudine cũ decore virtutum: cuius sedes est in eternum. ps. Dominus regnauit. aña.
Sciam⁹ oẽs quia dñs ipse est deus: cui iubilemus / ꝫ exaltemus ꝫ laudemus nomẽ eius in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra. ãn. Benedicã te dñe in vita mea vt videam virtutem tuam ꝫ gloriam tuã. ps. Deus deus meus. ã. Omnis creatura celi et terre benedicat dominum: hymnũ dicat / et superexaltet eum in secula. ps. Benedicite. ãn. Opus oĩs laudet dñm: quia ipse dixit ꝫ facta sunt oĩa / mãdauit ꝫ creata sunt vniuersa. ps. Laud. do. de celis.
He predicte ãe semper in lau. dicantur dñicis dieb⁹ qñ inchoatur aliqua noua historia cum pleno seruitio: et quãdo vltimo fit seruitiũ de dñica ante. lxx. vel ante aduẽtum.
Medijs vero dñicis dicit̃ hec sola antiphona Regnauit. Psalm⁹. xcij.



Domin⁹ regnauit decorẽ indut⁹ est: indutus est dñs fortitudinem et precinxit se.
Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es.
Eleuauerũt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarũ multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domũ tuã decet sanctitudo domine i lõgitudinẽ dierum.
Gloria patri ꝫ filio ꝫ spũi sancto.
Sicut erat in prin. Psalm⁹. xcix.

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia.
Introite i ꝯspectu ei⁹: i exultatiõe
Scitote quoniam domin⁹ ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos.
Popul⁹ eius et oues pascue eius introite portas eius in cõfessione: atria ei⁹ in hymnis cõfitemini illi.
Laudate nomẽ eius quoniã suauis est dominus in eternum misericordia eius: et vsq3 in generatione et generationem veritas eius.
Gloria patri ꝫ filio. Psalm⁹. lxij.
Deus deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te aĩa mea: quã multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuã et gloriã tuam.
Qm̃ melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabũt te.
Sic benedicam te in vita mea: et in noĩe tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labijs exultationis laudabit os meum.
Sic memor fui tui super stratum meum / in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamẽto alarum tuarum exultabo / adhesit aĩa mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam / introibunt in iferiora terre: tradẽtur in man⁹ gladij partes vulpium erunt.
Rex vero letabit̃ in deo laudabũtur oẽs q̃ iurant in eo: qr obstructum est os loquentium iniqua. ps. lxvi.
Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet

vultum suũ super nos/et miserea-
tur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam
tuã: in omĩb⁹ gẽtib⁹ salutare tuũ.
Cõfiteantur tibi populi deus: cõ-
fiteantur tibi populi omnes.
Letent̃ & exultẽt gẽtes quoniam
iudicas populos in equitate: et gẽ-
tes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi deus/
cõfiteant̃ tibi populi omnes: terra
dedit fructum suum.
Benedicat nos deus deus noster
benedicat nos deus: et metuant eũ
omnes fines terre.
Gloria pr̃i et filio: et spiritui sctõ.
Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula sclo͡rum amen.
Canticum trium puerorum.
Dañ. iij.
Benedicite omnia opera dñi
domino: laudate & superexal-
tate eum in secula.
Bñdicite angeli domini domino:
benedicite celi domino.
Benedicite aq̃ omnes que super
celos sunt domino: benedicite oẽs
virtutes domini domino.
Benedicite sol et luna domino: be
nedicite stelle celi domino.
Benedicite imber et ros domino:
benedicite omnis spiritus dei dño.
Benedicite ignis et estus domĩo:
benedicite frigus et estas domino.
Benedicite rores et pruina dño:
benedicite gelu et frigus domino.
Benedicite glacies et nives dño:
benedicite noctes et dies domino:
Benedicite lux et tenebre domĩo:
bñdicite fulgura & nubes domino.
Benedicat terra dominũ: laudet
et superexaltet eum in secula.
Benedicite montes et colles do-
mino: benedicite vniuersa germi-
nantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: bene-
dicite maria et flumina domino.
Benedicite cete et omnia que mo-
uẽtur in aquis domino: benedicite
omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie et pecora
domino: benedicite filij hoĩm dño.
Benedicat israel dominum: lau-
det et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini do
mino: benedicite serui domini dño.
Benedicite spirit⁹ et anime iusto-
rum domino: benedicite sancti & hu
miles corde domino.
Benedicite anania azaria misael
domino: laudate et superexaltate
eum in secula.
Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu: laudemus et
superexaltemus eum in secula.
Benedictus es dñe in firmamẽto
celi: et laudabilis et glorios⁹ et su-
perexaltat⁹ in secula. Ps. cxlviij.
Laudate dominũm de celis:
laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes angeli e⁹:
laudate eũ omnes virtutes eius.
Laudate eum sol et luna: laudate
eum omnes stelle et lumen.
Laudate eũ celi celorum: et aque
que super celos sunt laudent nomẽ
domini.
Quia ipse dixit et facta sunt: ipse
mandauit et creata sunt.
Statuit ea in eternum et in secu-
lum seculi: preceptum posuit et nõ
preteribit.
Laudate dominum de terra: dra-
cones et omnes abyssi.
Ignis grãdo nix glacies spirit⁹

procellarũ: que faciũt verbũ eius.
Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennate.
Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudẽt nomen domini: quia exaltatũ est nomẽ eius solius.
Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui.
Hymnus oĩbus sctĩs eius: filijs israel pplo appropinquãti sibi. Ps. cxlix.
Cantate domino cãticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel ĩ eo qui fecit eum: et filie sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mãsuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei ĩ gutture eorũ: et gladij ancipites in manibus eorũ.
Ad faciendam vindictã in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciãt ĩ eis iudiciũ cõscriptũ: gl'ia hec est oĩbus sctĩs eius. Ps. cl.
Laudate dominum in sanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius.
Laudate eum ĩ virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eũ in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.
Laudate eum in tympano et choro: laudate eũ in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonãtibus / laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri et filio. Capitulum.
Benedictio et claritas et sapientia et gratiarũ actio: honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. Deo g. Apoc. vij.
Hoc cap. dicitur ĩ omnibus do. ad laud. a Dñe ne in ira. vsqz ad. lxx. et a Deus omnium. vsqz ad aduentum quãdocunqz agitur de dominica.
¶ In oĩbus ferijs a Dñe ne in ira. quando de do. agitur vsqz ad. xl. dr ad lau. hic sequẽs hymnus. Hymnus.
Eterne rerum conditor / noctem diẽqz qui regis: et tempo rum das tempora / vt alleues fastidium.
Preco diei iam sonet / noctis profunde peruigil: nocturna lux viantibus / a nocte noctem segregans.
Hoc excitatus lucifer / soluit polum caligine: hoc omnis errorum chorus / viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit / pontiqz mitescunt freta: hoc ipsa petra ecclesie canente culpam diluit.
Surgamus ergo strennue / gallus iacentes excitat: et somnolẽtos increpat / gallus negantes arguit.
Gallo canẽte spes redit / egris salus refunditur / mucro latronis cõditur / lapsis fides reuertitur.
Iesu labẽtes respice / et nos videndo corrige: si respicis lapsus cadunt / fletuqz culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus / mẽtisqz

somnum discute: te nostra vox pri-
mum sonet/ & vota soluamus tibi.
Gloria tibi domine qui natus es.
vsq3 ad purifica. post puri. vero dr
Deo patri sit gloria/ eiusq3 soli fi
lio: cum spiritu paraclito/ et nunc
et in perpetuum. Amen. V. Dñs re-
gnauit. R. Decorem induit alla. Iste V.
cum pred. cap. dicat in laud. oib9
do. vsq3 ad .lxx. & a Deus omniũ. vsq3
ad aduentum dñi: qñ de do. agit.
A .lxx. vsq3 ad .xl. V. Dñe refugiũ fact9
es nobis. R. A generatiõe et pgenie. Per
estatẽ i do. & fer. dieb9 vsq3 ad aduẽ.
dicit ad laud. hic sequẽs hymnus
quado de dñica vel de fer. agit. Hy9.

Ecce iã noctis tenuatur vm-
bra: lucis aurora rutilans
coruscat: nisibus totis rogitemus
omnes cunctipotentem.
Ut deus nr̃ miseratus oẽm pellat
lãguorẽ/ tribuat salutẽ/ donet & no
bis pietate patris regna polorum.
Prestet hoc nobis deitas beata pa
tris ac nati: paritercq3 sctĩ spũs/ cu
ius reboat in oĩ gloria mundo. V.
Dñs regnauit. R. Decore induit alleluia.
¶ Canticum zacharie prophete.

Luce. i. Benedictus dominus deus
israel: quia visitauit et fecit
redemptionem plebis sue.
Et erexit cornu salutis nobis: in
domo dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sancto-
rum: q̃ a seculo sunt pphetar eius.
Salutem ex inimicis nostris: et
de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cũ
patribus nostris: et memorari te-
stamenti sui sancti.
Iusiurãdũ qđ iurauit ad abrahã
patrem nostrũ: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicor
nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate et iustitia coram ip
so: omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vo-
caberis: preibis enim ante faciem
domini parare vias eius.
Ad dandam scientiam salut3 ple
bi ei9: in remissionẽ peccator eor.
Per viscera misericordie dei nr̃i:
in qb9 visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris &
in vmbra mortis sedent: ad dirigẽ
dos pedes nostros in viam pacis.
Gloria patri. Psalmus .cxxii.

Ad te leuaui oculos meos:
qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in ma
nibus dominorum suorum:
Sicut oculi ãcille in manib9 dñe
sue: ita oculi nostri ad dominum de
um nostrum/ donec misereat nr̃i.
Miserere nostri dñe miserere nr̃i:
q3 multi repletũ sum9 despectione.
Quia multum repleta est anima
nostra: opprobrium abundantib9
et despectio superbis.
Gloria patri. Kyrie eleison. Xp̃e
eleison. Kyrie eleison. Pat noster.
Et ne nos inducas. Sed libera nos.
Exurge domine adiuua nos. Et libera
nos propter nomen tuum.
Domine deus virtutum conuerte nos.
Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oratio.

Ecclesie tue domine pces pla
catus admitte: vt destruct3
aduersitatibus et erroribus vni-
uersis/ secura tibi seruiat liberta-
te: et pacem tuam nostris concede
tẽporibus. Per. ¶ Ad primã. Hy9.



Iam lucis orto sydere / deum precemur supplices: vt i diurnis actibus / nos seruet a nocentibus.
Linguam refrenans temperet / ne litis horror insonet: visum fouendo cõtegat / ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima / absistat et vecordia: carnis terat superbiam potus cibiqz parcitas.
Ut cum dies abscesserit / noctẽqz sors reduxerit: mundi per abstinẽtiam / ipsi canamus gloriam.
Deo patri sit gloria / eiusqz soli filio: cum spiritu paraclito / et nunc et in perpetuum. Psalmus. xxi.
Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte ꝛ non ad insipientiam michi.
Tu aũt in sctõ habitas: laus isrł.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos.
Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi.
Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis.
Oẽs vidẽtes me deriserunt me: locuti sunt labiis ꝛ mouerunt caput.
Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum qm̃ vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre / spes mea ab vberib⁹ matris mee: in te piect⁹ sum ex vtero.
De ventre matris mee deus me⁹ es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio pxima est: quoniam non est qui adiuuet.
Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum: ꝛ dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanq̃ cera liquescens: in medio ventris mei.
Aruit tanq̃ testa virtus mea: et lingua mea adhesit faucibus meis: ꝛ ĩ puluerẽ mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos: dinũerauerũt oĩa ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea / et super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicã meã.
Salua me ex ore leonis: et a cornib⁹ vnicorniũ humilitatẽ meam.
Narrabo nomẽ tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen israel: quoniam nõ spreuit neqz despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam a me: et cum clamarē ad eū exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in cōspectu timentium eum.
Edent pauperes et saturabuntur/ et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscētur et conuertentur ad dominum: vniuersi fines terre.
Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse familie gentium.
Quoniam domini est regnum: et ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt et adorauerunt omnes pingues terre: in cōspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: et semē meum seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabunt celi iustitiā eius/ populo qui nascetur quem fecit dominus. Psalm⁹. xxij.
Dominus regit me et nichil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meā conuertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum.
Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.
Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in cōspectu meo mēsam: aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians ꝙ preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.
Gloria patri et fi. Psalmus. xxiij.
Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: et sup flumina ꝑparauit eū.
Quis ascendet in montē dñi: aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus et mundo corde/ qui non accepit in vano animā suam: nec iurauit in dolo ꝓximo suo.
Hic accipiet benedictiōem a dño: et misericordiā a deo salutari suo.
Hec est generatio querentiū eum: querentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes vřas et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dominus fortis et potēs/ dñs potēs in ꝑlio.
Attollite portas pꝛincipes vestras et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dominus virtutū ipse est rex glorie. ꝑs. xxiiij.
Ad te domine leuaui animā meam: deus meus in te ↄfido non erubescam.
Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te nō confundentur.
Confundant omnes iniqua agētes: superuacue.
Uias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus/ et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationū tuarū domine: et misericordiarum tuarū que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris.
Secundum miam tuā memento mei tu: ꝓpter bonitatē tuam dn̄e.
Dulcis ꝛ rectus dn̄s: propter hoc legem dabit delinquētibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Uniuerse vie domini misericordia et veritas: requirentibus testamentum eius et testimonia eius.
Propter nomen tuū dn̄e propitiaberis pctō meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet dn̄m: legem statuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.
Firmamentū est dominus timētibus eum: et testamentum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dn̄m: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei: qa vnicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatib9 meis erue me.
Uide hūilitatē meā ꝛ laborē meū: et dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sunt: ꝛ odio iniquo oderūt me.
Custodi animam meā ꝛ erue me: non erubescam qm̄ speraui in te.
Innocentes et recti adheserunt michi: quia sustinui te.
Libera deus israel: ex oībus tribulationib9 suis. Gloria. ps. xxv.
Iudica me domine qm̄ ego in innocētia mea ingress9 sum: et in dn̄o sperans non infirmabor.
Proba me domine et tēta me: vre renes meos et cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua.
Non sedi cum consilio vanitatis: ꝛ cū iniqua gerētib9 non introibo.
Odiui ecclesiam malignantium: ꝛ cum impijs non sedebo.
Lauabo inter innocētes manus meas ꝛ circūdabo altare tuū dn̄e.
Ut audiā vocē laudis tue: ꝛ enarrem vniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi decorē domus tue: et locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cum impijs deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorū manib9 iniqtates sunt: dextera eorū repleta est munerib9.
Ego aūt in inocētia mea igress9 sum: redime me et miserere mei.
Pes me9 stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. ps. liij.
Deus ī nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me / et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante cōspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me: et dn̄s susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.
Uoluntarie sacrificabo tibi / et cōfitebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.
Quoniā ex omni tribulatione eri

pexisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.
Gloria patri et filio. ps.cxvij.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: quam sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes / et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem.
Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem / dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar sed viuam: et narrabo opera domini.
Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitie / et ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.
Hec est dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea.
O domine saluum me fac / o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
A .lxx. vsque ad pasc. die do. pro isto ps Confitemini. dicitur ps Dominus regnauit decorem. Psalmus.cxviij.
Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.
Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.
Vtinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas.
Tunc non confundar: cum perspe

pero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue.
Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.
In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciavi: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus divitiis.
In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

Psalmus.

Retribue servo tuo vivifica me: et custodiam sermones tuos.
Revela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.
Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisivi.
Etenim sederunt principes et adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tue.
Adhesit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum.
Vias meas enunciavi et exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitavit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amove a me: et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper. In diebus dominicis a. Domine ne in ira. usque ad .lxx. et a. Deus omnium. usque ad adven. do. quando de do. agitur. a. Dominus regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocavit. In feriis a. Domine ne in ira. usque ad .lxx. et a. Deus omnium. usque ad adven. quando de do agitur. an. Deus exaudi orationem meam auribus percipe verba oris mei. In fe. per adventum. a. Veni et libera nos deus noster.

Symbolum athanasii.

Quicunque vult salvus esse: ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisque integram / inviolatamque servaverit: absque dubio in eternum peribit.
Fides autem catholica hec est / ut unum deum in trinitate: et trinitatem in unitate veneremur.
Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est eni persona patris / alia filij: alia spiritussancti.
Sed patris et filij et spiritussancti vna est diuinitas: equalis gloria / coeterna maiestas.
Qualis pater / talis filius: talis spiritussanctus.
Increatus pater / increatus filius: increatus spiritussanctus.
Immensus pater / immensus filius: immensus spiritussanctus.
Eternus pater / etern⁹ filius: eternus spiritussanctus.
Et tamen nō tres eterni: sed vn⁹ eternus.
Sicut non tres increati nec tres immensi: sed vn⁹ increatus et vn⁹ immensus.
Similiter omnipotens pater / omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus.
Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.
Ita deus pater / deus filius: de⁹ spiritussanctus.
Et tamen non tres dij: sed vnus est deus.
Ita dominus pater / dominus filius: dominus spiritussanctus.
Et tamen non tres dn̄i: sed vnus est dominus.
Quia sicut singillatim vnāquāq̄ personam / deum aut dominum confiteri christiana veritate compellimur:
Ita tres deos aut dn̄os dicere / catholica religione prohibemur.
Pater a nullo est factus: nec creatus / nec genitus.
Filius a patre solo est: nō factus nec creatus / sed genitus.
Spiritussanctus a patre et filio: non factus / nec creatus / nec genitus / sed procedens.
Unus ergo pater / non tres patres: vnus filius / non tres filij: vnus spiritussanctus / nō tres spiritussancti.
Et in hac trinitate nichil pri⁹ aut posterius: nichil maius aut min⁹.
Sed tote tres persone: coeterne sibi sunt et coequales.
Ita vt per omnia (sicut iam supra dictum est) & vnitas in trinitate: & trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad eternā salutem: vt incarnationē quoq̄ dn̄i nostri iesu christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt credamus et confiteamur: quia dominus noster iesus christus dei filius deus et homo est.
Deus est ex substantia patris ante secula genit⁹: et homo est ex substantia matris in seculo natus.
Perfectus deus perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens.
Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem.
Qui licet deus sit et homo: nō duo tamen / sed vnus est christus.
Unus autem non conuersione diuinitatis in carnē: sed assumptione humanitatis in deum.
Unus oīno non confusione substantie: sed vnitate persone.
Nam sicut anima rationalis et caro vnus est homo: ita deus et homo vnus est christus.
Qui passus est p salute nostra / de

scendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.
Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris oipotentis: inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: et reddituri sunt de factis propriis rationem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam eterna: qui vero mala in igne eternum.
Hec est fides catholica/quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.
Gloria patri et filio: et spui sancto.
Sicut erat in principio et nuc et sp.
ec. In omnibus do. qncunque dr p. Deus deus meus respi. cum reliquis psal. ad primam dicetur sup Quicunque. hec an. Te deum patre ingenitum/te filium unigenitum/te spiritum sanctum paraclitu sanctam et individuam trinitatem toto corde et ore confitemur laudamus atque bndicimus: tibi gloria in secla. In ceteris autem dnicis simplicibus totius anni: et omnibus festis simpl. tam. iii. cp. ix. lec. cu regimine cho. et in oct. et infra quado chorus regitur: et in comeo. beate marie et festi loci: nisi in fest. et comeo. que contingunt infra octa. sancte trinitatis dr sup Quicuque. hec an. Te iure laudant/te adorant/te glorificant omnes creature tue o beata trinitas. In tepore pasch. alla. In omnibus fes. dup. per annu extra hebdo. scte trinitatis dicit sup Quicuque. hec an. Gratias tibi deus/gras tibi vera una trinitas/una et suma deitas/scta et una unitas. In tepore pasc. alla. In oibus fes. quando de fes. agit per totum annum. et in fes. iii. le. sine regi. cho. et in oct. et infra: et in qb9 cho. no regitur. Et in vigi. et in. iiii. tpib9 extra hebdo. pete. et hebdo. scte trini. dr sup Quicuque. hec an. Gloria tibi trinitas equalis una deitas et ante oia secla et nuc et i ppetuu. In tpe pasc. alla. Per hebdo. scte trini. de quocunque fit servi. dr sup Quicuque. hec a. O vera et bndicta et gliosa trinitas: pater et fili9 et spussctus. Cap.

Regi seculorum imortali invisibili soli deo honor et gloria i secula seclorum amen. Deo gras. — Thimothe. i.
Hoc preb. cp. dr oib9 do. et in fes. et i octa. et infra quando cho. regitur. Et in comemo. beate marie et de fes. loci p totu annu extra hebdo. pasc.
In omnibus aliis fes. per annu: et in omnibus fes. ab octa. pasche usque ad pente. et in octa. et infra oct. sine regimine chori et i vig. asce. et pete. et in vigi. nati. do. et epi. cu extra do. eue. dicitur hoc Capitulum.

Domine miserere nri: te eni expectavim9: esto brachiu nrm i mane/et sal9 nra i tpe tribulatiois. — Esaie xxiii.
In oib9 aliis fes. p adue. et a Dne ne in ira. usque ad cenam do. et a Deus omnium. usque ad aduentum qn de fes. agitur dicitur Capitulum.

Pacem et veritatem diligite: ait dominus oipotens. — zacha. viii.
Et qncunque dr hoc preb. cp. ad. i. tue fiat pces cu pstratoe ad oes ho. R. Iesu christe fili dei vivi Miserere nobis. V9. Qui sedes ad dexteram patris. Miserere. Gloria. Iesu. Iste V. scz Qui sedes. dr per totu annu post preb. R. nisi in die nativi. do. et ab hinc usque in crasti. purifi. et a pasc. do. usque ad asce. do. et nisi qn dicat de scta maria: et nisi i fes. et oct. cor. christi. qn

de oct. fit seruitiū: & nisi i fes. trāsfi gu. et in fes. et p oc. nois iesu: qñ de ipsis oct. fit seruitium. sequit℞. ℣.
Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Et his dictis sequuntur preces hoc modo.
Kyrie eleisō.iij. Christe el.iij. Kyrie eleison.iij. Pater nr.
Et ne nos inducas. Sed libera.
Uiuet anima mea et laudabit te.
Et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis q̄ perijt. Quere seruū tuū dñe quia mādata tua non sum oblitus. Credo in deum.
Carnis resurrectionem.
Et vitam eternam Amen.
Repleatur os meū laude. Ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.
Dñe auerte faciem tuam a pctis meis. Et oēs iniq̄tates meas dele.
Cor mūdū crea in me de⁹. Et spm̄ rectū innoua in visceribus meis.
Ne pijcias me a facie tua. Et spiritum sctm̄ tuū ne auferas a me.
Redde michi letitiā salutaris tui.
Et spiritu principali cōfirma me.
Eripe me dñe ab homine malo.
A viro iniquo eripe me.
Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹.
Et ab insurgētib⁹ in me libera me.
Eripe me de opantib⁹ iniquitatē.
Et de viris sanguinum salua me.
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculū seculi. Ut reddam vota mea de die in diem.
Exaudi nos de⁹ salutaris noster.
Spes omnium finium terre et in mari longe.
Deus in adiutoriū meū intende.
Dñe ad adiuuandum me festina.
Sanctus de⁹ sctūs fortis sanct⁹ et imortalis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Bñdic aīa mea dño. Et oīa que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea dño. Et noli obliuisci oēs retributiōes eius.
Qui ppitiat oīb⁹ iniq̄tatib⁹ tuis.
Qui sanat oēs infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia et miserationibus.
Qui replet i bonis desideriū tuū.
Renouabit vt aquile iuuent⁹ tua.
Deinde dicit Cōfiteor et Misereatur. & Absolutionē. vt ad complet.
Sequuntur preces hoc modo.
De⁹ tu cōuersus viuificabis nos.
Et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dñe miam tuam.
Et salutare tuum da nobis.
Dignare domine die isto.
Sine peccato nos custodire.
Miserere nr̄i dñe. Miserere nr̄i.
Fiat mia tua domine super nos.
Quemadmodum sperauim⁹ in te.
Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domine exaudi ora. Et clamor.
Dñs vobiscū. Et cū spū. Orem⁹
He preces predicte dicant supradicto modo ad primā per totū annū tā in fes. q̄ in pfes. tā duplicib⁹ q̄ simplicibus: nisi a cena do. vsq₃ ad oct. pasc. & nisi in die aīarū: ita tñ q̄ in oībus fes. et per aduentū: et a Dñe ne in ira. vsq₃ ad cenam dñi: et a De⁹ oim. vsq₃ ad aduē. do. qñ de fes. agit statim post Fiat mia. sequat ℣.
Exaudi dñe vocem meā qua clamaui ad te. et cetera omnia sicut ad cōpl. notatum est vsq₃ ad orationem dicendā

expleatur. Hec sequens oratio dicitur in omnibus fes. duplicib9 p annum extra hebdo. pasche. Oratio.

In hac hora hui9 diei tua nos dñe reple misericordiis: vt p totum diem exultātes/in tuis laudibus delectemur. Per. Dominus vobiscum. Benedicamus dño. Deo gras.

In omnibus do. et in fes. sanctorū non dup. et in fest. extra hebdoma. pasche dicatur hec oratio. Oratio.

Domine sancte pater omnipotēs eterne deus qui nos ad principium huius diei peruenire fecisti/tua nos hodie salua virtute: et concede vt in hac die ad nullum declinem9 pctm: nec vllum incurramus periculum: sed semper ad tuam iustitiam faciendam omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur. Per. Dominus vob. Bñdicamus dño. Deo gras. Deinde di. sac. sic.

Preciosa est in cōspectu domini. Mors sanctorum eius. Deinde di. sacerdos sine Dominus vobiscum. et sine Oremus.

Sancta maria mater domini dei nri iesu christi: atq; omnes sancti iusti et electi dei intercedant et orent pro nobis peccatoribus ad dominum deum nostrum: vt nos mereamur ab eo adiuuari et saluari: q in trinitate perfecta viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Sacerd. di.

Deus in adiutorium meum intende. R. m. Domine ad adiuuādum me festina. Eodē modo vz trib9 vicib9 Deus in adiuto. Dñe ad adiu. et tūc sequit sic. Gloria pri et filio et spiritui sancto. Sicut erat. Kyrie eleison. Xpe el. Kyrie el. Pater nr.

Et ne nos. Sed libera.

Et veniat sup nos misericordia tua dñe. Salutare tuum secūdum eloquium tuum.

Et respice in seruos tuos et in opera tua. Et dirige filios eorum.

Et sit splendor dñi dei nostri super nos. Et opera manuum nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige.

Hec sequēs oratio dicitur in festis dupli. et quotienscunq; chorus regitur extra hebdoma. pasche: sine Dñs vobis. sed tantum cū Orem9.

Omnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt i noīe dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. Qui tecū vi. Dñs vo. Benedicamus do.

In oib9 alijs fes. et pfes. dz hec oro sine Dñs vobis. sed tm cum Orem9.

Dirigere et sanctificare et regere dignare domine deus (quesum9) corda et corpa nostra in lege tua et in operibus mandatorū tuorū: vt hic et in eternū te auxiliāte sani et salui esse mereamur. Per.

Et finiat supra dicto mō: videlz cū Dñs vobiscū. et cum Benedicamus dño.

¶ Et sciēdū est q quotiēscūq; dicit ps. Ad te leuaui oculos, post matu. tūc ad primam post tabulā lectam dicitur sine nota iste ps. Psalm9. cxx.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet q custodit te.

Ecce nō dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel.

Dominus custodit te dñs protectio tua: super manū dexterā tuā.

Per diem sol non uret te: neq; luna per noctem.

Dominus custodit te ab omi ma-
lo: custodiat aiam tuam dominus.
Dñs custodiat introitum tuum
et exitum tuũ: ex hoc nũc et vsq; in
seculum.
Gloria pri et filio et spiritui scto.
Sicut erat in principio et nunc.
Kyrie eleison. Christe eleisõ. Kyrie eleisõ.
Pater noster. Et ne nos. Sed libera.
Ostende nobis domine misericordiam tuã.
Et salutare tuum da nobis.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas.
Deus meus sperantes in te.
Mitte eis domine auxilium de sancto. Et
de sion tuere eos.
Esto nobis domine turris fortitudinis.
A facie inimici.
Nihil proficiat inimicus in eis. Et filius
iniquitatis non apponat nocere eis.
Domine exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oremus.
Adesto dñe supplicatiõibus
nostris: et viam famulorũ
tuorum in salutis tue prosperitate
dispone: vt inter omnes vie et vite
huius varietates/ tuo semper pro-
tegantur auxilio. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus
salus eterna credentiũ/ exau
di nos pro famulis tuis pro quibus
misericordie tue imploramus auxi-
lium: vt reddita sibi sanitate/ gra-
tiarum tibi in ecclesia tua referant
actiones. Per christum. R. Amen.
Excellentior persona dicat Bene-
dicite. Dominus. In nomine pris
et filij et spiritus sancti amen.

¶ Ad tertiam hymnus.



Nunc sã-
cte no-
bis spiritus/
vnum patri cũ
filio: dignare
promptus inge-
ri/ nostro refu-
sus pectori.
Os/ lingua/
mens/ sensus/
vigor/ confessio
nem personent:
flammescat igne charitas/ accen
dat ardor proximos.
Presta pr piissime/ patriq; cõpar
vnice: cum spũ paraclito/ regnãs
per oẽ seculum. Amen. Psalmus.
Legẽ pone mihi domine vi-
am iustificationum tuarũ:
et exquiram eam semper.
Da mihi intellectum et scrutabor
legem tuam: et custodiam illam in
toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorũ
tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia
tua: et non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videant
vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tu-
um: in timore tuo.
Amputa opprobriũ meũ qd suspi
catus sum: qr iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mandata tua: in
equitate tua viuifica me.
Et veniat super me misericordia
tua domine: salutare tuum secun-
dum eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus mi
hi verbum: quia speraui in sermo-
nibus tuis.
Et ne auferas de ore meo vbũ ve

ritatis usquequaque: quia in iudicijs tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuam semper: in seculum et in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum: et non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis. Psalmus.
Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebant usquequaque: a lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam.
Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sum et non sum turbatus: ut custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua.
Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. amen. Psalmus.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me: ut discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.
Manus tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum ut discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me et letabuntur: quia in verba tua supersperaui.
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua ut consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio

mea est.
Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Convertantur michi timentes te: et qui noverunt testimonia tua.
Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: ut non confundar.
Gloria patri. In dominica. Añа. Laus et perennis gloria deo patri et filio sancto simul paraclito in secula seculorum. Capitulum.

ii. cor. ultio. Gratia domini nostri iesu christi: et charitas dei: et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus nobis. R. m. Inclina cor meum deus in testimonia tua. Versus. Averte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua vivifica me. In testi. Gloria pa. Inclina. Versus. Ego dixi domine miserere mei. R. Sana animam meam quia peccavi tibi. In fer. añ. Veniant michi miserationes tue et vivam. Capitulum.

Hier. xvii. Sana me domine et sanabor: salvum me fac et salvus ero/ quoniam laus mea tu es. R. m. Sana animam meam. Quia peccavi tibi. V. Ego dixi domine miserere mei. Quia pec. Gloria pa. Sana. Versus. Adiutor meus esto domine. R. Ne derelinquas me neque despicias me deus salutaris meus. In fer. per adven. añ. Tuam domine excita potentiam et veni ad salvandum nos. Cap.

Hebr. x. Qui venturus est veniet et non tardabit: iam non erit timor in finibus nostris: quoniam ipse est salvator noster. R. Veni ad liberandum nos Domine deus virtutum. V. Et ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine de. Gloria. Veni. Versus. Timebunt gentes nomen tuum domine. R. m. Et omnes reges terre gloriam tuam. Ad sextam. Hymnus.



Rector potens verax deus qui temperas rerum vices/ splendore mane instruis/ et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium/ aufer calorem noxium: confer salutem corporum/ veramque pacem cordium.
Presta pater piissime. Psalmus.
Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum supersperavi.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me.
Quia factus sum sicut uter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies servi tui: quando facies de persequentibus me iudicium:
Narraverunt michi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua.
Omnia mandata tua veritas: inique persecuti sunt me adiuva me.
Paulominus consummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tuam vivifica me: et custodiam testimonia oris tui.
In eternum domine: verbum tuum permanet in celo.
In generatione et generationem veritas tua: fundasti terram et permanet.
Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia serviunt tibi.
Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.
In eternum non obliviscar iustifica-

tiões tuas: q2 i ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego saluū me fac: quo niā iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt petōres vt pde rent me: testimonia tua intellexi.
Omnis cōsummatiōis vidi finē: latū mādatū tuū nimis. Psalm⁹.
Quomō dilexi legē tuā dn̄e: tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos pꝛudētem me fecisti mandato tuo: q̄a in eter num mihi est.
Super oēs docentes me intellexi: q̄a testīonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia man data tua quesiui.
Ab omni via mala pꝛhibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui: q̄a tu legem posuisti mihi.
Quam dulcia faucibus meis elo quia tua: super mel oꝛi meo.
A mandatis tuis intellexi: pꝛo pterea odiui omnem viā iniq̄tatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis.
Iuraui ꝛ statui: custodire iudicia iustitie tue.
Humiliatus sum vsquaq3 dn̄e: vi uifica me secundum verbum tuū.
Voluntaria oꝛis mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.
Anima mea in manib⁹ meis sem per: ꝛ legem tuam non sum oblit⁹.
Posuerunt peccatoꝛes laqueum mihi: et de mādatis tuis nō erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tuā in eternum: quia exultatio coꝛ dis mei sunt.
Inclinaui coꝛ meum ad faciēdas iustificationes tuas in eternum: pꝛopter retributionem. Psalmus.
Iniquos odio habui: ꝛ legem tuam dilexi.
Adiutoꝛ et susceptoꝛ meus es tu: et in verbum tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: et scru taboꝛ mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquium tuum et viuam: et non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et medi taboꝛ in iustificatōib⁹ tuis semp.
Spꝛeuisti oēs discedētes a iudi cijs tuis: q̄a iniusta cogitatio eoꝝ.
Pꝛeuaricantes reputaui omnes peccatoꝛes terre: ideo dilexi testi monia tua.
Confige timoꝛe tuo carnes me as: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium et iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonū: non calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et in eloquium iustitie tue.
Fac cum seruo tuo secundum mi sericoꝛdiam tuam: et iustificatio nes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da mihi intellectū vt sciā testimonia tua.
Tempus faciendi domine: dissi pauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum et topazion.
Pꝛoptea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.
Gloꝛia patri ꝛ filio. In dn̄ica āñ.
Gloꝛia laudis resonet in oꝛe omnium patri genitoq3 pꝛoli pneumati sancto pariter re sultet laude perenni. Capitulum.
Tres sunt qui testimonium i Jo.
dāt in celo: pater/ et verbū/ i. a.

et spiritus sanctus: et hi tres unum
sunt. R. In eternum domine Permanet
verbum tuum. V. In celo et in seculum se
culi veritas tua. Permanet. Gloria patri.
In. V. Dominus regit me & nihil mihi de
erit. R. In loco pascue ibi me collocauit.
In fer. an. Non confundas me domine
ab expectatione mea. Capitulum.

Thes. v. O Mnia probate/quod bonum
est tenete: ab omni specie ma
la abstinete vos. R. m. Benedicam do
minum In omni tempore. V. Semper
laus eius in ore meo. In omni. Gloria pa.
Benedicam. V. Dñs regit. In adue. añ.
In tuo aduentu erue nos dñe. Capitulũ.

Esa. xiiij. P Rope est vt veniat tempus
eius: et dies eius non elon-
gabuntur/miserebitur domin⁹ iacob
& israel saluabitur. R. m. Ostende no
bis domine Misericordiam tuam. V. Et
salutare tuum da nobis. Misericordiam.
Gloria patri. Ostende. V. Memento no-
stri domine in beneplacito populi tui. R.
Visita nos in salutari tuo.

Ad nonam. Hymnus.



B Erũ
deus
tenax vigor/
immotus in
te pmanẽs:
lucis diurne
tempora suc
cessibus de-
terminans.
L argire
clarum ve-
spere/quo vita nusq̃ decidat: sed
premium mortis sacre/perennis
instet gloria.
Presta pater. Psalmus.
M Irabilia testimonia tua do
mine: ideo scrutata est ea
anima mea.
Declaratio sermonum tuorũ illu
minat: et intellectũ dat paruulis.
Os meũ aperui et attraxi spũm:
quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me et miserere mei: se-
cundum iudicium diligentium no
men tuum.
Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum: vt non dominetur
mei omnis iniustitia.
Redime me a calumniis hominũ:
vt custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super ser
uum tuum: et doce me iustificatio-
nes tuas.
Exitus aquarum deduxerũt ocu
li mei: quia non custodierunt le-
gem tuam.
Iustus es domine: et rectum iu-
dicium tuum.
Mandasti iustitiã testimonia tua:
et veritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus me⁹: q̃a
obliti sunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquiũ tuum veheme-
ter: et seruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego et con-
temptus: iustificationes tuas nõ
sum oblitus.
Iustitia tua iustitia in eternum:
et lex tua veritas.
Tribulatio et angustia inuenerũt
me: mãdata tua meditatio mea ẽ.
Equitas testimonia tua in eter-
num: intellectum da mihi et viuã.
Gloria pr̃i et filio et spiritui sctõ.
Sicut erat in pricipio & nũc & sem
per: et in secula sclo. Amẽ. Psal.
C Lamaui in toto corde exau
di me domine: iustificatiões
tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me fac: vt
custodiam mandata tua.
Preueni in maturitate et clama-
ui: quia in verba tua supersperaui.
Preuenerunt oculi mei ad te dilu
culo: vt meditarer eloquia tua.
Uocem meam audi secundum mi
sericordiam tuam domine: et secū
dum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt persequen-
tes me iniquitati: a lege autē tua
longe facti sunt.
Prope es tu domine: et omnes
vie tue veritas.
Initio cognoui de testimonijs tu
is: quia in eternum fundasti ea.
Uide humilitatem meam et eri-
pe me: quia legem tuam non sum
oblitus.
Iudica iudicium meum et redi-
me me: propter eloquium tuum vi
uifica me.
Longe a peccatoribus salus: q̄a
iustificationes tuas nō exq̄sierūt.
Misericordie tue multe domine: se
cūdum iudicium tuū viuifica me.
Multi qui persequunt me et tri-
bulant me: a testimonijs tuis non
declinaui.
Uidi preuaricantes et tabescebā:
quia eloquia tua non custodierūt.
Uide quoniam mandata tua di-
lexi domine: in misericordia tua vi
uifica me.
Principium verborum tuorum
veritas: in eternum omnia iudicia
iustitie tue.
Gloria patri et filio. Psalmus.
Principes persecuti sunt me
gratis: et a verbis tuis for-
midauit cor meum.
Letabor ego sup eloquia tua: sic-
ut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et abomi
natus sum: legē autem tuā dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi:
super iudicia iustitie tue.
Pax multa diligentibus legem
tuam: et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum do-
mine: et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia
tua: et dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua et testimo
nia tua: quia omēs vie mee in con
spectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in
conspectu tuo domine: iuxta eloqui
um tuum da michi intellectum.
Intret postulatio mea in ꝯspectu
tuo: secūdm eloquium tuū eripe me.
Eructabūt labia mea hymnum:
cū docueris me iustificatiōes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloq̄ū
tuum: q̄a oīa mandata tua eq̄tas.
Fiat manꝰ tua vt saluet me: quo
niam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum domi-
ne: et lex tua meditatio mea est.
Uiuet anima mea et laudabit te:
et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que periit: que-
re seruum tuum domine/ quia mā-
data tua non sum oblitus.
Gloria patri et filio. In dominica.
an. Ex quo omnia: per quē omnia: in quo
omnia: ipsi gloria in secula. Capitulum.
Unus dominus/ vna fides/
vnum baptisma/ vnus de-
us et pater omnium: qui sup omnes/
et per omnia/ et in omnibus nobis:
qui est benedictus in secula. R̄. m.
Clamaui in toto corde. Exaudi me dn̄e. ℣.
Iustificationes tuas requiram. Exaudi.

Gloria. Cla. ℣. Ab occultis meis munda me dñe. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. In fer. aña. Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum domine. Capitulum.

Gal. vi. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē christi. ℟. Redime me dñe. Et miserere mei. ℣. Pes enim meus stetit in via recta: in ecclēis benedicā te dñe. Et. Glia. Redime. ℣. Ab occul. In fer. in ad. ā. Ueni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebis tue isrl. Ca.

Mich. iiii. Uenite ascendamus ad mōte dñi / et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas / et ābulabim⁹ in semitis eius: q2 de syon exibit lex / et vbū dñi de hierlm. ℟. Super te hierlm Orietur dñs. ℣. Et glīa ei⁹ in te videbitur. Orietur. Gloria. Super. ℣. Domine deus virtutum conuerte nos. ℟. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

¶ Feria secunda. Ad matutinas.



Inuit. Uenite exultemus domino. ps. Iubilemus deo salutari. et c. A Domine ne in ira. vsq3 ad quadragesimam quando de. ij. feria agitur dicitur ad matutinas. sequens hymnus.

Somno refectis artub⁹ / sprͤto cubili surgimus: nobis pater canentib⁹ adesse te deposcim⁹.

Te lingua primum concinat / te mētis ardor ambiat: vt actuum sequētium tu sancte sis exordium.

Cedant tenebre lumini / et nox diurno syderi: vt culpa quam nox intulit lucis labascat munere.

Precamur iidē supplices / noxas vt omnes amputes: et ore te canentium lauderis in perpetuum.

Gloria tibi dñe. Post purifica. dicit Presta pater pijssime. Per estatē dicitur iste hymnus Nocte surgentes. quere in principio psalterij ante hym. Beatus vir. Psalm⁹. xxvj.

Dominus illūinatio mea et sal⁹ mea: quē timebo.

Dñs protector vite mee: a quo trepidabo.

Dum appropiant super me nocētes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me preliū: in hoc ego sperabo.

Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini / omnibus diebus vite mee.

Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius.

Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: et nūc exaltauit caput meū sup īimicos meos.

Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis:

cantabo et psalmum dicam dño.
Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meū exquisiuit te facies mea: faciem tuam dñe requirā.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater me dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi domine in via tua: et dirige me i semita recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulātium me / quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dominum viriliter age et confortetur cor tuum: et sustine dominum. Psalmus .xxvij.
Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me: nequādo taceās a me et assimilabor descēdentibus in lacum.
Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templū sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala aūt in cordibus eorū.
Da illis secundum opera eorum: et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.
Secundum opera manuum eorū tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera dñi: et in opera manuū eius destrues illos / et non edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocē deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector meus: et i ipso sperauit cor meum et adiutus sum.
Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis sue: et protector saluationū christi sui est.
Saluum fac populum tuum domine et bñdic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsq; in eternum.
Gloria patri et filio. An. Dominus defensor vite mee. Psalmus .xxviij.
Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam et honorem / afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas de⁹ maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini confringētis cedros: et confringet dñs cedros libani.
Et comminuet eos tanq̄ vitulū libani: et dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox domini intercidentis flammam ignis / vox domini concutientis desertum: et commouebit dominus desertum cades.
Vox domini preparantis ceruos et reuelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.

Ipsis diluuium inhabitare facit: et sedebit dominus rex in eternū.
Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Psalmus.xxix.
Exaltabo te domine quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino omnes sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniā ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum letitia.
Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deū meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem.
Nunquid cōfitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam.
Audiuit dominus et misertus est mei: dn̄s factus est adiutor meus.
Conuertisti planctum meum in gaudium michi: concidisti saccum meum et circundedisti me letitia.
Ut cantet tibi gloria mea et non compungar: domine deus meus in eternum confitebor tibi.
Gloria p̄ri et filio: et sp̄ui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū Amē.
Antiphona. Adorate dominum in aula sancta eius. Psalmus.xxx.
In te domine speraui non cōfundar in eternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto michi in deum protectorem et in domum refugij: vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium meū es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quē absconderunt michi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.
Odisti obseruantes vanitates: supervacue.
Ego autem in domino speraui: et exultabo et letabor in mīa tua.
Quoniam respexisti humilitatē meam: saluasti de necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miserere mei domine quoniam tribulor: cōturbatus est in irā oculus meus/anima mea et venter meus.
Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis.
Qui videbant me foras fuge-

runt a me: obliuioni dat⁹ sum tāq̄
mortuus a corde.
Factus sum tāq̄ vas perditum:
quoniā audiui vituperationē mul
torum commorantiū in circuitu.
In eo dum conuenirent simul ad
uersum me: accipere animam me-
am consiliati sunt.
Ego autem in te speraui domine/
dixi deus meus es tu: in manibus
tuis sortes mee.
Eripe me de manu inimicorum
meorum: et a persequentibus me.
Illustra faciem tuam super ser-
uum tuum/saluum me fac in mise
ricordia tua domine: non ꝯfundar
quoniam inuocaui te.
Erubescant impij et deducant in
infernū: muta fiant labia dolosa.
Que loquuntur aduersus iustum
iniquitatē: in supbia et in abusiōe.
Quam magna multitudo dulce-
dinis tue domine: quam abscondi-
sti timentibus te.
Perfecisti qui sperant in te: in cō
spectu filiorum hominum.
Abscondes eos in abscondito fa-
ciei tue: a conturbatione hominū.
Proteges eos ī tabernaculo tuo:
a contradictione linguarum.
Benedictus dominus quoniam
mirificauit misericordiam suā mi
chi: in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mētis
mee: proiectus sum a facie oculo-
rum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis
mee: dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes sancti
eius/quoniam veritatem requiret
dominus: et retribuet abundanter
facientibus superbiam.

Viriliter agite et confortetur cor
vestrum: oēs qui speratis in dn̄o.
Gloria patri et filio: et spūi sācto.
Sicut erat in principio et nunc et
semp: et in scl'a sclor amē. P. xxxi.
Beati quorum remisse sunt
iniquitates: ⁊ quorum tecta
sunt peccata.
Beatus vir cui nō imputauit do-
minus peccatum: nec est in spiritu
eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt
ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata
est super me manus tua: conuer-
sus sum in erumna mea dum con-
figitur spina.
Delictum meum cognitū tibi fe-
ci: et iniustitiam meā nō abscondi.
Dixi cōfitebor aduersum me iniu
stitiam meam domino: et tu remi-
sisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis san-
ctus: in tempore opportuno.
Verumtamē in diluuio aquarum
multarum: ad eum non approxi-
mabunt.
Tu es refugium meum a tribula
tione que circumdedit me: exultatio
mea erue me a circundātibus me.
Intellectum tibi dabo et instruā
te in via hac qua gradieris: firma-
bo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus:
quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eo-
rum constringe: qui non approxi-
mant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperā-
tem autem in domino misericor-
dia circumdabit.
Letamini ī domino et exultate in

sti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semp: et in secula seculoꝝ amē. an. In tua iustitia libera me dn̄e. Psal. xxxii.
Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.
Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
Quia rectum est verbum domini: et omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra.
Verbo dn̄i celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eoꝝ.
Congregans sicut in vtre aquas maris: ponēs in thesaur abyssos.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
Quoniam ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium / reprobat autem cogitationes populorum: et reprobat consilia principum.
Consilium autem dn̄i in eternū manet: cogitationes cordis ei⁹ in generatione et generationem.
Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.
De celo respexit dominus: vidit omnes filios hominum.
De preparato habitaculo suo: respexit sup oēs q habitant terram.
Qui finxit singillatī corda eoꝝ: qui intelligit omnia opera eorum.
Non saluatur rex per multā virtutem: et gygas non saluabitur in multitudine virtutis sue.
Fallax equus ad salutem: in abūdantia autem virtutis sue non saluabitur.
Ecce oculi domini super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eoꝝ: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum: qm̄ adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius sperauim⁹.
Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. Psalmus. xxxiii.
Benedicā dn̄m in omni tp̄e: semper laus ei⁹ in ore meo.
In domino laudabitur aīa mea: audiant mansueti et letentur.
Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomē eius in id ipsum.
Exquisiui dominum et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eū ⁊ illuminamini: et facies vestre non confundentur.
Iste pauper clamauit ⁊ dn̄s exaudiuit eum: et ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
Immittit angelus dn̄i in circuitu timentium eum: et eripiet eos.
Gustate et videte qm̄ suauis est dominus: beatus vir qui sperat ī eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timētibus eum.
Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

Venite filij audite me: timorem domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam.
Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorum.
Vultus autem domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberauit eos dominus.
Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominus animas seruorum suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen.
a. Rectos decet collaudatio. ps. xxxiiij.

Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee salus tua ego sum.
Confundantur et reuereantur: querentes animam meam.
Auertantur retrorsum et confundantur: cogitantes mihi mala.
Fiant tanquam puluis ante faciem venti: et angelus domini coartans eos.
Fiat via illorum tenebre et lubricum: et angelus domini persequens eos.
Quoniam gratis absconderunt michi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio quam abscondit apprehendat eum / et in laqueum cadat in ipsum.
Anima autem mea exultabit in domino: et delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui: que ignorabam interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt et conuenerunt: congregata sunt super me flagella et ignoraui.
Dissipati sunt nec compuncti temptauerunt me / subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
Domine quando respicies restitue

animam meã a malignitate eorũ: a leonibus vnicam meam.
Cõfitebor tibi ĩ ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant michi q̃ aduersantur michi inique: q̃ oderunt me gratis et annuunt oculis.
Quoniam michi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri.
Uidisti domine ne sileas: domine ne discedas me.
Exurge et intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus: et nõ supergaudeant michi.
Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre: nec dicãt deuorabimus eum.
Erubescant et reuereãtur simul: qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione et reuerentia: qui maligna loquuntur super me.
Exultent et letentur qui volunt iustitiam meam: et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus. xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Uerba oris eius iniq̃tas ꝛ dolus: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit enim omni vie non bone: malitiam autem nõ odiuit.
Domine ĩ celo misericordia tua: et veritas tua vsq; ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa.
Homines et iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.
Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tue: ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniam apud te est fons vite: ꝛ in lumine tuo videbimus lumen.
Pretende misericordiam tuã scientibus te: et iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat michi pes superbie: ꝛ manus peccatoris nõ moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio ꝛ nũc et semper: et in secula seculorum Amen. Antiphona. Expugna impugnantes me.

Psalmus. xxxvi.

Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.
Quoniam tanq̃ fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident.
Spera in domino et fac bonitatem: et inhabita terram ꝛ pasceris in diuitijs eius.
Delectare in domino: ꝛ dabit tibi

petitiones cordis tui.
Reuela domino viam tuã:et spe-
ra in eo et ipse faciet.
Et educet quasi lumen iustitiam
tuam/et iudicium tuum tanq̃ me-
ridiem:subditus esto domino ⁊ ora
eum.
Noli emulari in eo qui prospera-
tur in via sua:et in homine facien-
te iniustitias.
Desine ab ira et derelinque furo-
rem:noli emulari vt maligneris.
Quoniam qui malignãtur exter
minabuntur:sustinentes autẽ do
minum ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum ⁊ non erit pec
cator:et queres locum eius et non
inuenies.
Mansueti autem hereditabũt ter
ram:et delectabuntur in multitu-
dine pacis.
Obseruabit peccator iustũ:⁊ stri-
debit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum:
quoniã prospicit q̃ veniat dies eiꝰ.
Gladium euaginauerunt pecca-
tores:intenderunt arcum suum.
Vt decipiant pauperem et inopẽ:
vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ip
sorum:et arcus eorum cõfringat.
Melius est modicum iusto:super
diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorũ con
terentur:confirmat autem iustos
dominus.
Nouit dominus dies immacula-
torum:et hereditas eorum in eter-
num erit.
Non confundẽtur in tempore ma
lo:et in diebus famis saturabun-
tur/quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini mox vt hono
rificati fuerint et exaltati:deficien
tes queadmodum fumus deficiẽt.
Mutuabitur peccator ⁊ nõ soluet:
iustus autem miseretur ⁊ tribuet.
Quia benedicentes ei heredita-
bunt terram:maledicentes autem
ei disperibunt.
Apud dominũ gressus hominis
dirigetur:et viam eius volet.
Cum ceciderit iustus non collide
tur:quia dominus supponit manũ
suam.
Iunior fui etenim senui:et nõ vi-
di iustum derelictũ/nec semen eius
querens panem.
Tota die miseretur ⁊ cõmodat:et
semen eius in benedictione erit.
Declina a malo et fac bonum:et
inhabita in seculum seculi.
Quia dominus amat iudicium ⁊
non derelinquet sanctos suos:in
eternum conseruabuntur.
Iniusti punientur:et semen im-
piorum peribit.
Iusti autem hereditabunt terrã:
et inhabitabunt in seculum seculi
super eam.
Os iusti meditabitur sapiẽtiam:
et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius:⁊ nõ
supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustũ:⁊ que-
rit mortificare eum.
Dominus autem nõ derelinquet
eum in manibus eius:nec damna-
bit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dominum et custodi vi-
am eius et exaltabit te vt heredita
te capias terram:cũ perierint pec-
catores videbis.
Vidi impium superexaltatum:⁊

elevatum sicut cedros libani.
Et transivi et ecce non erat: quesivi eum et non est inventus locus eius.
Custodi innocentiam et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt: simul reliquie impiorum interibunt.
Salus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tempore tribulationis.
Et adiuvabit eos dominus et liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus et salvabit eos quia speraverunt in eo. Psalmus. xxxvii.
Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus grave gravate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est in me dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum / et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speravi: tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei: et dum commoventur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei vivunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen.
an. Recuela domino viam tuam. V. Domine in celo misericordia tua. R. Et veritas tua usque ad nubes. Lectiones et R. ta de eadem feria. Ante lau. V. Fiat misericordia tua domine super nos. R. Quemadmodum speravimus in te. Iste V. dicit an. laud. in omnibus fer. a Dne ne i ira. usque ad. xl. Et a De9 olm. usque ad aduentum do. quando de feria agit. In laudib9. Psalm9. l.



Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonib9 tuis/ et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.

Asperges me domine hysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiu et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tua a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sctm tuu ne auferas a me.

Redde michi letitia salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: utique holocaustis no delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua sion: ut edificentur muri hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificiu iustitie oblationes et holocausta: tunc ponet super altare tuum vitulos.

Gloria patri et filio. Sicut erat.
an. Miserere mei deus. ps. v. Verba mea. vts. f. ij. a. Intellige clamorem meu dne. an. Deus de9 me9 ad te de luce vigilo.
Psal. Ipsum. Canticum Esaie.

Confitebor tibi domine quonia iratus es michi: conuersus est furor tu9 et cosolat9 es me. Cap. xii.

Ecce de9 saluator meus: fiducialiter agam et non timebo.

Quia fortitudo mea et laus mea dns: et factus est michi in salute.

Haurietis aquas in gaudio de fotibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini domino et inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate dño quoniam magnifice fecit: annunciate hec in vniuersa terra.
Exulta et lauda habitatio sion: quia magnus in medio tui sanctꝰ israel.
Gloria pr̃i et filio: et spiritui sctõ.
Sicut erat in principio et nunc et semper. añа. Conuersus est furor tuus domine et consolatus es me. añ. Laudate dominum de celis. ps. Ipsum. Cpm.

i. cor. xvi. Vigilate et orate: state in fide: viriliter agite et confortamini: et omnia vestra in charitate fiãt. Hoc cp. dr oibꝰ fer. ad lau. a Domine ne in ira. vsqꝫ ad caput ieiunij: et a Deus omnium. vsqꝫ ad aduẽ. do. qñ de feria agit. I Domine ne in ira. vsqꝫ ad. xl. quando de secunda feria agitur dr ad laud. seques hymnꝰ.

Splendor paterne glorie / de luce lucem proferens: lux lucis et fons luminis / dies diem illuminans.
Verusqꝫ sol illabere / micans nitore perpeti: iubarqꝫ sancti spiritus / infunde nostris sensibus.
Votis vocemus te patrem / patrẽ perennis glorie: patrem potentis glorie / culpam releget lubricam.
Informet actus strenuos / dentẽ retũdat inuidi: casus secũdet asperos / donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet et regat / casto fideli corpore: fides calore ferueat / fraudis venena nesciat.
Christusqꝫ nobis sit cibꝰ / potusqꝫ noster sit fides: leti bibamus sobriam ebrietatem spiritus.
Letus dies hic transeat / pudor sit vt diluculum: fides velut meridies / crepusculum mens nesciat.
Aurora cursus prouehit / aurora totus prodeat: in patre totus filiꝰ / et totus in verbo pater.
Deo patri sit gloria / eiusqꝫ soli filio: cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen. Vꝰ. In matutinis domine meditabor in te. R. Quia fuisti adiutor meus. Per estatem dicit hyꝰ. Ecce iam noctis. vsꝰ. In matutinis. Iste v. dicitur oibus fer. ad laud. a Domine ne in ira. vsqꝫ ad. xl. et a Deus oim. vsqꝫ ad aduẽ. do. qñ de fer. agi. a. Benedictus deus israel. ps. Ipm. Dein de dicãtur preces feriales hoc mõ.

Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleison. iij.
Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera.
Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meam / quia peccaui tibi.
Conuertere domine vsqꝫquo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos.
Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum sperauimus in te.
Sacerdotes tui induantur iustitiam. Et sancti tui exultent.
Domine saluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deꝰ meꝰ sperãtes in te.
Saluum fac populum tuũ domine: et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum.
Dñe fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.
Oremus pro fidelibus defunctis. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

Exaudi domine vocem meã qua clamaui ad te. Miserere mei et exaudi me. ps. Miserere mei deus. totus psalmus dicatur sine nota. cũ Gloria patri. et Sicut erat. Finito psalmo solus sacerdos erigat se: et ad gradum cho. accedat ad mat. et ad vesperas tunc dicendo hos v. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum. Dñe deus virtutũ conuerte nos. Et ostẽde faciẽ tuã et salui erim⁹. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vo. Et cũ. s. t. Orem⁹. In aduẽ. do. qñ de fer. agit: dicũt mẽo. ad matut. aña. Spiritussanctus in te descendet maria: ne timeas habens in vtero filiũ dei alla. V. Egredietur virga de radice iesse. Et flos de radice ei⁹ ascẽdet. Orõ.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbũ tuũ angelo nũciante carnem suscipere voluisti: pñsta supplicibus tuis vt qui vere eam dei genitricem credimus/ eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem christum. Memo. de omnibus sanctis. ãn. Ecce dominus veniet ꝛ omnes sancti eius cũ eo: et erit in die illa lux magna alleluia. V⁹. Ecce apparebit domin⁹ super nubẽ candidã. R. Et cum eo sanctorum milia. Oratio.

Conscientias nostras quesumus domine visitando purifica: vt veniens iesus christus filius tuus dominus noster cũ omnibus sanctis/ paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum. ꝛc. Ad ves. ꝛc. Ab octa. sancti stephani vsq; ad purifi. quotidie fiat memo. de sancta maria: de quocũq; fiat seruit. tã ad ves. q̃ ad matut. nisi in vigil. epiphanie ꝛ in die eiusdem. In fer. ix. lec. et infra oct. et in octa. quando chorus regitur. Et in do. ad vtrasq; vesp. cũ hac ã. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc implete sunt scripture: sicut pluuia in vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum: te laudamus deus noster. Et ad matut. cũ hac ãn. Ecce maria genuit nobis saluatorem: quem iohannes vidẽs exclamauit dicens: ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi alleluia. In fer. vero ꝛ i fes. iii. lc. sñ reg. cho. ad ves. dr hec ãn. Rubum quem viderat moyses incombustum conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem: dei genitrix intercede pro nobis. Et ad matut. cum hac ãn. Germinauit radix iesse: orta est stella ex iacob: virgo peperit saluatorem: te laudamus deus noster. Et ad matut. dr sp v Post partum virgo. Et ad ves. dr v. Speciosus forma pre filijs hominũ. Rm. Diffusa e gratia in labijs tuis. Nõ dicitur vlterius. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humanã generi premia prestitisti: tribue quesumus vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus/ per quam meruimus auctorẽ vite suscipere dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Deide fiat mẽo. de oibus sctis in fer. ꝛ in fes. sñ regi. chori ad ves. et ad matut. Post purifi. vero ad matut. dr hec aña. Beata mater ꝛ innupta virgo gloriosa regina mundi: intercede pro nobis ad dominũ. V⁹. Post partum. Oratio. Famulorum vel orõ Omnipotẽs sempiterne deus. vt posterius patet. Non dicitur or. Cõcede q̃sumus misericors deus ad mẽo. de sctã maria nisi ad proces. tm. Mẽo. de oib⁹ sctis

Ad matu. ā. Exultabunt. R. Mirabilis. Or. Infirmitatē. vel or. Omnium sanctorum. vel or. Vide dñe. vel or. Tribue. Post pasca. ad mēo. de sctis ms. dicant̄ ãe sicut post historiam Deus omnium. Et etiam de omnib⁹ sctis ad ves. et ad mēo. de pasc. tpe.

Feria scda post octa. trinitatis et ab hinc usqz ad adven. dñi: tam in fer. q̄ in fes. iij. lec. sine regi. cho. et in octa. et infra q̄n cho. nō regit̄ dicant̄ he tres mēo. scz de cruce / de scta maria / et de oibus sctis. Cū vero in fe. iij. lec. aliqd fes. sctōrū contig. tunc in primis fiat mēo. de scō: et postea mēo. supradicte. Per oct. vero reliquarū: siue or de sctis / siue de fer. semp fiat in primis mēo. de cruce. Ad matu. ān. Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. V. Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. R. Psalmum dicat nomini tuo. Or.

Deus qui sctām crucē tuam ascendisti et mūdi tenebras illuminasti: tu corda et corpa nra illuminare digneris saluator mūdi. Qui viuis et reg. cum deo. Vel or.

Perpetua (q̄s) dñe pace custodi quos per lignū sancte crucis redimere dignat⁹ es saluator mūdi. Qui viuis et reg. cū deo. Mēo. de sctā maria ad matut. ān. Beata mater et innupta. vt proxime supra. R⁹. Post partum virgo. Oratio.

Adesto nobis domine de⁹ noster: et quos sancte crucis letari facis honore / eius quoqz perpetuis defende subsidijs. Per christum dnm nostrum. Vel oratio.

Famulorū tuorū quesum⁹ domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actib⁹ nostris nō valemus / genitricis filij tui domini nostri iesu christi intercessione saluemur. Per eūdē christū. Vel oro.

Omnipotens sempiterne deus nos famulos tuos dextera tue potentie a cunctis protege periculis: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione fac nos presenti gaudere prosperitate et futura. Per christum. Non dicitur oratio Concede quesumus mi. ad memoriam de sancta maria per totum annū: sed ad proces. et ad cōpletorium de ea tantum. Mēoria de omnibus sanctis ad matut. ān. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. V. Mirabilis deus in sctis suis. R. Et gloriosus i maiestate sua. Oro.

Infirmitatē nostram q̄s dñe propitius respice: et mala oīa que iuste meremur / oīm sctōrū tuorū intercessiōe auerte. Per. Vel or.

Omnium sanctorum tuorū quesumus domine intercessione placatus / et veniam delictorum nobis tribue: et remedia sempiterna concede. Per. Vel oratio.

Vide domine infirmitates nostras: et intercedentib⁹ omnibus sanctis tuis / celeri nobis pietate succurre. Per. Vel oratio.

Tribue q̄s dñe oēs sctōs tuos iugiter orare pro nobis: et eos semp clemēter audire digneris. Per. Mēo. de cruce ad ves. ān. Salua nos xpe saluator per virtutē sancte crucis: qui saluasti petrum in mari, miserere nobis. V. Ois terra. Al'r ān. Per signum crucis de inimicis nostris libera nōs deus noster. Al'r ā. Adoram⁹ te xpe et bñdicim⁹ tibi: qr p crucem tuam redemisti mundū. V. Ois terra. Or. vt sup. ad mat. Mēo.

De sancta maria ad vesperas. añā. Sancta maria virgo intercede pro toto mũdo quia genuisti regem orbis. Versus. Sancta dei genitrix virgo semper maria. Vel ān. Sancta dei genitrix virgo semper maria: intercede pro nobis ad dñm deum nostrum. Versus. Post partum virgo. Vel añā. In prole mater/in partu virgo: gaude et letare pia mater domini. Versus. Sancta dei genitrix. Orō vt supra ad matutinas. Memoria de omnibꝰ sanctis ad vesperas. ān. Sancti dei omnes qui estis cōsortes supernorum ciuium: intercedite pro nobis. Versus. Letamini. vel Exultent. Vel ān. Omnes electi dei nostri memoramini ante deum: vt vestris precibus adiuti mereamur vobis adiungi. V. Letamini. vel Exultent. Vel ān. Sanctorum precibus cunctorum redde salutem corporis ac anime christe tuis famulis. Versus. Letamini. Vel ān. O ꝙ gloriosum est regnum in quo cum christo gaudent omnes sancti ⁊ amicti stolis albis sequuntur agnũ quocunqȝ ierit. Versus. Letamini. Isti duo versus ad mēo. de omnibus sctis non variantur nisi cum V. Letamini. ad primas vesperas dicitur: tunc ad mēo. de omnibus sanctis dicet V. Exultent. Similiter ad mat. qñ V. Mirabilis deus. dicitur in laud. tūc ad mēo. de omnibus sanctis dicet V. Iustorum anime. quod per totũ annum obseruetur: nisi in aduentu et in tpe pasch. Orō vt sup̄. ad mat. Feria. iij. ad matut. Inuita. Iubilemus deo salutari nr̄o. Ps. Venite. A Domine ne in ira. vsqȝ ad quadragesimam quando de tertia feria agitur dicitur ad matutinas sequēs hyꝰ.

Consors paterni luminis/ lux ipse lucis ⁊ dies: noctē canendo rũpimꝰ/assiste postulātibꝰ.

Aufer tenebras mentium/fuga cateruas demonum/expelle somnolentiam ne pigritantes obruat.

Sic christe nobis omnibus indulgeas credētibus: vt prosit exorantibus quod precinētes psallimus.

Presta pater pijssi. Per estatem hyꝰ. Nocte sur. Psalmus. xxxviij.



Dixi custodiam vias meas: vt non delinquam in ligua mea.

Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me.

Obmutui ⁊ hũiliatus sum ⁊ silui a bonis: ⁊ dolor meꝰ renouatus est.

Concaluit cor meum intra me: et ĩ meditatiōe mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea: notum fac michi dñe finem meum.

Et numerũ dierum meorũ quis est: vt sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: ⁊ substantia mea tanꝙ nihilum ante te.

Veruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.

Veruntamen in imagine pertrãsit homo: sed et frustra conturbat.

Thesaurizat: et ignorat cui cōgregabit ea.

Et nunc q̄ est expectatio mea: nōne dñs/⁊ substãtia mea apȗ te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti: amoue a me plagas meas.

A fortitudine manus tue ego defeci: in increpatiōibus propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneã animam eius: verũtamen vane cõturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meã domine et deprecationem meã: auribꝰ percipe lachrymas meas.
Ne sileas quoniã aduena ego sũ apud te: ⁊ peregrinus sicut omnes patres mei.
Remitte michi vt refrigeret: priusq̃ abeam et amplius nõ ero.

Psalmus xxxix.

Expectans expectaui dominum: et intendit michi.
Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecẽ.
Et statuit supra petrã pedes meos: et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticũ nouum: carmen deo nostro.
Videbunt multi et timebunt: et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibꝰ tuis non est qui similis sit tibi.
Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.
Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de me/ vt facerem voluntatem tuam deus meus volui: et legem tuam in medio cordis mei.
Annũciaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam: a consilio multo.
Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee/ et non potui vt viderem.
Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur et reuereantur simul qui querunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum et reuereantur: qui volunt mihi mala.
Ferant cõfestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge.
Exultent et letentur super te omnes querentes te: ⁊ dicant semper magnificetur dominus qui diligũt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum ⁊ pauper: dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctõ.
Sicut erat in principio et nunc et semper: ⁊ in secula seculorũ amen.
Antiphona. Ut non delinquam in linguã meã. Psalmus. xl.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus.

Dominus conseruet eum et viuificet eum et beatum faciat eum in terra: et nō tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate ei⁹.
Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: et loquebatur in id ipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?
Etenim homo pacis mee in quo sperauí qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplātationē.
Tu autem domine miserere mei et resuscita me: et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dn̄s deus israel: a seculo et in seculum fiat fiat. ps. xlj.
Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei?
Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus?
Hec recordat⁹ sum et effudi in me animam meam: quoniam trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsqz ad domum dei.
In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermonij a mōte modico.
Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt.
In die mandauit dominus misericordiam suā: et nocte cāticū eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo / dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea / exprobrauerunt mihi: qui tribulāt me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos dies: vbi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semper. An. Sana domine animam meā

quia peccaui tibi. ¶ Iste psalmus nō dicitur ad noctur. psalmus. xlij.
Iudica me deus et discerne causam meam. Psalmus. xliij.
Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annūciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos.
Nec enim in gladio suo possederunt terram: et brachium eorum non saluauit eos.
Sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob.
In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos ꝯfudisti.
In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur tibi in seculum.
Nunc autem repulisti et confudisti nos: et non egredieris deꝰ in virtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanq̄ oues escarum: et in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine precio: et non fuit multitudo in cōmutationibus eorum.
Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannatiōem & derisum his qui in circuitu nostro sunt.
Posuisti nos in similitudinē gentibus: commotionem capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis et obloquentis: a facie inimici & persequentis.
Hec omnia venerūt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamēto tuo.
Et nō recessit retro cor nostrū: et declinasti semitas nr̄as a via tua.
Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis.
Si obliti sumus nomē dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum.
Nonne deus requiret ista: ipse enī nouit abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis.
Exurge / quare obdormis domine: exurge et ne repellas in finem.
Quare faciem tuā auertis: obliuisceris inopie nostre et tribulationis nostre.
Quoniā humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus ē in terra venter noster.
Exurge dn̄e adiuua nos: et redime nos ꝑpter nomē tuū. ps. xliiij.
Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi.
Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.
Speciosus forma pre filijs hominū: diffusa est gratia in labijs tuis

propterea bn̄dixit te de⁹ in eternū.
Accingere gladio tuo sup femur tuum: potentissime.
Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna.
Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorum regis.
Sedes tua de⁹ in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo letitie pre ꝯsortibus tuis.
Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato: circūdata varietate.
Audi filia et vide ⁊ inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuū et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuū: quoniam ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus: vultū tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis: circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in letitia ⁊ exultatiōe: adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes sup omnem terram.
Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione et generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: ⁊ in seculū seculi.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in. an̄a. Eructauit cor meum verbum bonum. Psalmus. xlv.
Deus noster refugiū et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra.
Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.
Venite et videte opa domini: que posuit prodigia super terram.
Auferens bella vsq ad finem terre: arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni.
Vacate et videte quoniā ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscū: susceptor noster deus iacob. ps. xlvi.
Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.
Quoniā dn̄s excelsus terribilis: rex magn⁹ super omnem terram.

Subiecit populos nobis: & gẽtes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam: speciem iacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.
Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter.
Regnabit deus super gentes: de⁹ sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum deo abrahã: quoniam dii fortes terre vehementer eleuati sunt.
Gloria patri & filio: & spũi sancto.
Sicut erat in principio. Añа Adiutor in tribulationibus. Psalm⁹. xlvii.
Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuerse terre: mons sion latera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
Quoniã ecce reges terre congregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt/ conturbati sunt/ commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturiẽtis: in spũ vehemẽti conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum / in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum.
Suscepimus de⁹ misericordiam tuam: in medio templi tui.
Secũdum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua.
Letetur mons sion et exultent filie iude: ꝓpter iudicia tua domine.
Circundate sion et complectimini eam: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra ĩ virtute ei⁹: et distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.
Quoniã hic est deus deus noster in eternũ et in seculum seculi: ipse reget nos ĩ secula. Psalm⁹. xlviii.
Audite hec omnes gentes: auribus percipite omnes q̃ habitatis orbem.
Quiq; terrigene & filii hominum: simul in vnum diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiã.
Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me.
Qui confidunt in virtute sua: et in multitudine diuitiarum suarũ gloriantur.
Frater nõ redimit redimet homo: et non dabit deo placationẽ suam.
Et precium redemptionis anime sue: et laborabit in eternum et viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt.
Et relinquẽt alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insi

pientibus/ et similis fact⁹ est illis.
Hec via illorum scãdalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt.
Sicut oues i inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matutino: et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.
Verũtamẽ de⁹ redimet aiam meam de manu iferi: cũ acceperit me.
Ne timueris cum diues fact⁹ fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vsq; in ꝓgenies patrũ suorum: et vsq; in eternum non videbit lumen.
Homo cũ in honore esset nõ intellexit: comparatus est iumentis insipientibus/ et similis fact⁹ est illis.
Gloria patri. Añа. Aurib⁹ percipite qui habitatis orbem. Psalmus. xlix.

Deus deorum domin⁹ locutus est: et vocauit terram.
A solis ortu vsq; ad occasum: ex sion species decoris eius.
Deus manifeste veniet: deus noster et non silebit.
Ignis in cõspectu ei⁹ exardescet: et in circuitu eius tẽpestas valida.
Aduocauit celum desursum: et terram discernere populum suum.
Cõgregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.
Et annunciabunt celi iustitiam eius: quoniam deus iudex est.
Audi populus meus et loquar israel et testificabor tibi: deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee sunt omnes fere siluarum: iumenta in montibus et boues.
Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero nõ dicã tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius.
Nunquid mãducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?
Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulatiõis: eruam te et honorificabis me.
Peccatori autem dixit de⁹/ quare tu enarras iustitias meas: et assumis testamẽtum meũ per os tuũ.
Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum abũdauit malitia: et lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: et aduersus filium matris tue ponebas scandalum/ hec fecisti et tacui.
Existimasti inique qꝫ ero tui similis: arguam te et statuam contra faciem tuam.
Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat et non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei. Non dr ad noct. iste psalm. l. Miserere mei deus secundum magnam miam. &c. psal. li.

Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?
Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui equitatem.
Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo/ et radicem tuam de terra viuentium.
Videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt et dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliua fructifera in domo dni: speraui in misericordia dei in eternum et in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculum quia fecisti: et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.
Gloria patri. An. Deus deorum dns locutus est. V. Immola deo sacrificium laudis.
R. Et redde altissimo vota tua. In laudibus. V. Fiat mia tua. ¶ In laud. an. Secundum magnam miam tuam miserere mei deus. ps. Miserere mei deus. ps. xlii.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti/ et quare tristis incedo dum affligit me inimicus?
Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat. An. Salutare vultus mei et deus meus. An. Ad te de luce vigilo. ps. Deus deus meus. ¶ Canticum ezechie.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Esaie xxxviii.
Quesiui residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viuentium.
Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me.
De mane vsque ad vesperam finies me: sperabam vsque ad mane/ quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane vsque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo/ meditabor vt columba.
Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso.
Domine vim patior responde pro me: quid dicam aut quid respondebit mihi/ cum ipse fecerim?
Recogitabo tibi omnes annos meos:

in amaritudine anime mee.
Domine si sic viuitur et in talib⁹ vita spiritus mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu aūt eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacū veritatem tuam.
Viuens viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.
Domine saluum me fac: et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini.
Gloria pri et filio: et spiritui scō.
āñ. Cunctis diebus vite nostre saluos fac nos domine. āñ. In excelsis laudate deū. ps. Laud. cp. Vigilate. A Dñe ne in ira. vsqꝫ ad. xl qñ de. iiij. fer. agitur: dicitur ad laudes sequēs Hymn⁹.
Ales diei nuncius/lucē propinquam precinit: nos excitator mētium iam christus ad vitam vocat.
Auferte clamat lectulos/egros sopore desides: castiqꝫ recti ac sobrij/vigilate sum proximus.
Iesum ciamus vocibus/flentes precantes sobrie: intenta supplicatio dormire cor mundum vetat.
Tu christe somnum discute/tu rūpe noctis vincula: tu solue peccatū vetus/nouumqꝫ lumen ingere.
Deo patri. ℣. In matutinis. cp. Vigilate. Per estatē. Hy⁹ Ecce iā noctis. ℣. In matutinis. ā. Et erit dñs nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. ps. Bñ⁹. Preces vt s in. ij. fer. or vt decet. Cetā vt s. ¶ Fer. iiij. Inuitatoriū. In manu tua domine Omnes fines terre. ps. Venite. A Domine ne in ira. vsqꝫ ad. xl. quā do de. iiij. feria agitur dicitur ad mat. sequens Hy⁹.
Rerū creator optime/rectorqꝫ noster aspice: nos a quiete noxia mersos sopore libera.
Te christe sancte poscimus/ignosce tu criminibus: ad confitendum surgim⁹/morasqꝫ noctis rūpim⁹.
Mētes manusqꝫ tollim⁹/propheta (sicut nouimus) nobis gerendū precipit/paulusqꝫ gestis censuit.
Vides malum quod gessimus/occulta nostra pandimus: preces gementes fundimus/dimitte qđ peccauimus. Presta. Per estatē hy⁹. Nocte surgētes. Psalm⁹. lij.



Dixit insipiens in corde suo: non est deus.
Corrupti sunt et abominabiles facti sūt in iniquitatibus: nō est qui faciat bonum.
Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum/non est vsqꝫ ad vnum.
Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerūt: illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor.
Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniā deus spreuit eos.
Quis dabit ex sion salutare isrl'e cum cōuerterit dominus captiuita

tem plebis sue: exultabit iacob et
letabitur israel. Non dicitur ad noc.
iste ps.liij. Deus in noie. ps.liiij.

Exaudi de⁹ orationem meã:
et ne despexeris deprecatio-
ne meã/intẽde michi & exaudi me.
Contristatus sum in exercitatio-
ne mea: et conturbatus sum a voce
inimici & a tribulatiõe peccatoris.
Quoniã declinauerũt in me iniq-
tates: & in ira molesti erant michi.
Cor meum conturbatũ est in me:
& formido mortis cecidit super me.
Timor et tremor venerunt super
me: et contexerunt me tenebre.
Et dixi quis dabit michi pennas
sicut colũbe: & volabo et requiescã.
Ecce elongaui fugiens: et mansi
in solitudine.
Expectabã eũ q̃ saluũ me fecit: a
pusillanimitate spũs et tẽpestate.
Precipita dñe et diuide linguas
eorum: quoniam vidi iniquitatem
et contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circundabit eam su-
per muros eius iniquitas: et labor
in medio eius et iniustitia.
Et nõ defecit de plateis eius: vsu
ra et dolus.
Quoniam si inimicus meus ma
ledixisset michi: sustinuissem vtiq̃.
Et si is qui oderat me sup me ma
gna locutus fuisset: abscondissem
me forsitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis: dux me
us et notus meus.
Qui simul mecum dulces capie-
bas cibos: in domo dei ambulaui-
mus cum consensu.
Veniat mors super illos: & descẽ
dant in infernum viuentes.
Quoniam nequitie in habitacu-
lis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad dominum clama-
ui: et dominus saluauit me.
Vespere et mane et meridie nar-
rabo & annunciabo: et exaudiet vo
cem meam.
Redimet in pace animam meam
ab his q̃ appropinquãt michi: quo-
niam inter multos erant mecum.
Exaudiet deus et humiliabit il-
los: qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio &
non timuerunt deum: extendit ma
num suam in retribuendo.
Contaminauerũt testamentum
eius: diuisi sunt ab ira vultus ei⁹/
et appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius sup
oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominum curam tu
am & ipse te enutriet: et nõ dabit in
eternum fluctuationem iusto.
Tu vero deus deduces eos: in pu
teum interitus.
Viri sanguinum et dolosi non di-
midiabunt dies suos: ego autẽ spe
rabo in te domine.
Gloria patri. Aña. Auertet domin⁹
captiuitatem plebis sue. Psalmus.lv.

Miserere mei deus quoniam
conculcauit me homo: tota
die impugnans tribulauit me.
Cõculcauerũt me inimici mei tota
die: qm̃ m̃lti bellãtes aduersũ me.
Ab altitudine diei timebo: ego ve
ro in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos
in deo speraui: non timebo quid fa
ciat michi caro.
Tota die verba mea execraban-
tur: aduersum me om̃es cogitatio-
nes eorum in malum.

Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.
Sicut in promissione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum.
In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es.
In deo laudabo verbum / in domino laudabo sermonem: in deo speraui non timebo quid faciat michi homo.
In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti animam meam de morte et pedes meos de lapsu: vt placeam coram deo in lumine viuentium. Psalmus. lvi.
Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit michi.
Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit deus misericordiam suam et veritatem suam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonum / dormiui conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis: et incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderunt in eam.
Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psalmum dicam domino.
Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psalmum dicam tibi in gentibus.
Quoniam magnificata est vsque ad celos misericordia tua: et vsque ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen.
Antiphona. Quoniam in te confidit anima mea. Psalmus. lvii.
Si vere vtique iustitiam loquimini: recte iudicate filii hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias enim manus vestre concinnant.
Alienati sunt peccatores / a vulua errauerunt: ab vtero locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas.
Que non exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus.
Ad nichilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: supercecidit ignis et non viderunt solem.
Priusquam intelligerent spine vestre

rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo si vtiqȝ est fructus iusto: vtiqȝ est deus iudicans eos in terra. Psalmus. lviii.
Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animā meā: irruerunt in me fortes.
Neqȝ iniquitas mea neqȝ peccatū meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occursum meū et vide: et tu dn̄e deus virtutū deus israel.
Intēde ad visitandas om̄es gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.
Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ecce loquētur in ore suo et gladius in labiis eorum: q̄m quis audiuit.
Et tu dn̄e deridebis eos: et ad nichilum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meus: deus meus mīa eius preueniet me.
Deus ostendit michi super inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus domine.
Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio: annūciabunt in consummatione.
In ira consummationis et non erunt: et scient quia deus dominabitur iacob et finium terre.
Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati et murmurabunt.
Ego autē cātabo fortitudinē tuam: et exaltabo mane miam tuam.
Quia factus es susceptor meus et refugiū meū: i die tribulatiōis mee.
Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es/deus meus misericordia mea.
Gloria patri et filio. Aña. Iuste iudicate filii hominum. Psalmus. lix.
Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis.
Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuētibus te significationem: vt fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo/letabor et partibor sichimam: et conuallem tabernaculorum metibor.
Meus est galaad et meus est manasses: et effraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla spei mee
In idumeā extēdā calciamētum meū: michi alienigene subditi sūt.
Quis deducet me i ciuitatē munitā: q̄s deducet me vsqȝ in idumeā.

Nonne tu deus qui repulisti nos: et nō egredieris de⁹ i ꝟtutib⁹ nr̄is.
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciem⁹ ꝟtutē: et ipse ad nichilū deducet tribulātes nos. p̄s. lx.

Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee.
A finib⁹ t̄re ad te clamaui dū anxiaret̄ cor meū: i petra exaltasti me
Deduxisti me qz fact⁹ es spes mā: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies sup dies regis adijcies: annos eius vsqz in diem generatiōis et generationis.
Permanet in eternū i ꝯspectu dei: miam et veritatē ei⁹ q̄s requiret.
Sic psalmū dicā noi tuo i sec̄l'm seculi: vt reddā vota mea de die i diē.
Gloria patri. āñ. Da nobis domine auxilium de tribulatione. Psalmus. lxi.

Nonne deo subiecta erit aīa mā: ab ipo ei salutare meū.
Nam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius.
Quousqz irruitis in hominē: interficitis vniuersi vos tanq̄ parieti inclinato et macerie depulse.
Verūtn̄ preciū meū cogitauerūt repellere: cucurri i siti ore suo bn̄dicebant / et corde suo maledicebant.
Verūtamen deo subiecta esto aīa mea: quoniā ab ipso patiētia mea.
Quia ipse deus meus et saluator meus: adiutor me⁹ non emigrabo.
In deo salutare meum et gloria mea: deus auxilij mei et spes mea in deo est.
Sperate in eo oīs cōgregatio populi: effundite coram illo corda vestra / de⁹ adiutor noster in eternū.
Verūtamen vani filij hoīm mendaces filij hoīm in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum.
Nolite sperare in iniquitate / et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere.
Semel locutus est deus duo hec audiui / quia potestas dei est et tibi dn̄e mīa: qz tu reddes vnicuiqz iuxta opa sua. Non dicat ad noc. sequēs p̄s. lxij. De⁹ de⁹ me⁹. p̄s. lxiij.

Exaudi deus orationem meā cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: intēderunt arcum rem amaram / vt sagittent in occultis immaculatum.
Subito sagittabūt eū et non timebunt: firmauert̄ sibi sermonē neq̄.
Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos.
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.
Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum: et infirmate sunt cōtra eos lingue eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt.

Letabitur iustus in domino & spe rabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

Gloria patri & filio. Añ. A timore inimici eripe domine animam meam. Non dicitur ad noc. iste psalmus. lxiiij.

Te decet hymnus deus in sion: et tibi reddetur votum in hierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum preualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis dom⁹ tue: sanctum est templum tuum mirabile in equitate.

Exaudi nos deus salutaris nr̃: spes oĩm finiũ terre et ĩ mari lõge.

Preparans mõtes in virtute tua accinctus potẽtia: qui conturbas profũdum maris sonũ fluctuũ ei⁹.

Turbabuntur gentes et timebũt qui habitãt ĩ terminos a signis tuis: exit⁹ matutini & vespe delectabis.

Visitasti terrã et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum / quoniam ita est preparatio eius.

Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinans.

Benedices corone ãni benignitatis tue: & cãpi tui replebũtur vbertate.

Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium / & valles abũdabunt frumento: clamabunt etenim hymnũ dicẽt. ps. lxv.

Iubilate deo omnis terra / psalmum dicite nomini ei⁹: date gloriam laudi eius.

Dicite deo q̃ terribilia sunt opa tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Venite et videte opera dei: terribilis in consilijs sup filios hominũ.

Qui conuertit mare in aridam / in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in eternum oculi eius super gẽtes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes deũ nostrum: et auditam facite vocẽ laudis ei⁹.

Qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos deus: igne nos examiasti sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueũ / posuisti tribulatiões in dorso nostro: imposuisti homies super capita nostra.

Trãsiuimus per ignem et aquã: et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddã tibi vota mea que distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum: in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

Venite audite et narrabo oẽs qui timetis deum: q̃ta fecit aĩe mee.

Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea.

Iniquitatē si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee.
Benedictus deus qui nō amouit deprecationem meam: et misericordiam suā a me. Nō ōbz ad noct. iste ps. lxvj. De⁹ misereatur. ps. lxvij.
Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiāt: sicut fluit cera a facie ignis / sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur et exultēt in cōspectu dei: et delectentur in letitia.
Cātate deo psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum / dominus nomen illi.
Exultate in cōspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum / et iudicis viduarum.
Deus in loco sancto suo: de⁹ qui inhabitare facit vni⁹ moris i domo.
Qui educit vinctos in fortitudīe: similiter eos qui exasperāt qui habitant in sepulchris.
De⁹ cū egrederetis in conspectu ppli tui: cū pertrāsieris in deserto.
Terra mota est etenim celi distillauerunt a facie dei sinai: a facie dei israel.
Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedīe tua paupi de⁹.
Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: et spe ciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros penne colūbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis.
Mōs coagulatus mōs pīguis: vt qd suspicamini mōtes coagulatos.
Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
Currus dei decem milibus multiplex: milia letantium dominus in eis in sinai in sancto.
Ascēdisti in altum / cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominib⁹.
Etenim non credentes: inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.
Deus noster de⁹ saluos faciendi: et domini domini exitus mortis.
Verūtamen deus confringet capita inimicoꝝ suorum: verticē capilli perābulantiū in delictis suis.
Dixit dn̄s ex basan conuertam: conuertam in profundum maris.
Ut intinguatur pes tuus in sanguine: ligua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Uiderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto.
Preuenerunt pricipes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarum.
In ecclesiis benedicite deo: domino de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu
Principes iuda duces eorū: principes zabulon et pricipes neptalim.

Manda deus virtuti tue: cõfirma hoc deus qđ operatus es in nobis.
A templo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis congregatio taurorũ in vaccis populorũ: vt excludãt eos q̃ pbati sũt argẽto.
Dissipa gentes que bella volunt: veniant legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocẽ virtutis: date gloriã deo sup israel: magnificentia eius ⁊ virtus ei⁹ in nubib⁹.
Mirabilis de⁹ in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue / benedictus deus.
Gloria patri. Añ. In ecclesiis bñdicite dño. ℣. Deus vitam meã annunciaui tibi. ℟. Posuisti lachrymas meas in ↄspectu tuo. Ante laudes. ℣. Fiat misericordia.
In laud. ã. Amplius laua me deus ab iniustitia mea. ps. Miserere. Añ. Te decet hymnus deus in sion. psal. Ipm. ã. Labia mea laudabũt te i vita mea de⁹ me⁹. ps. De⁹ deus me⁹. Canticũ Anne.

i. Re-gũ. ij. Exultauit cor meum in domino: et exaltatũ est cornu meum in deo meo.
Dilatatũ est os meũ sup inimicos meos: q2 letata sum i salutari tuo.
Non est sanctus vt est dominus: neq3 enim est alius extra te / et non est fortis sicut deus noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes.
Recedant vetera de ore vestro: q2 deus scientiarum dominus est / et ipsi preparantur cogitationes.
Arcus fortium superatus est: et infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locauerũt: et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos: et que multos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos et reducit.
Dominus pauperem facit et ditat: humiliat et subleuat.
Suscitans de puluere egenum: et de stercore erigens pauperem.
Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et posuit super eos orbem.
Pedes sanctorum suorum seruabit: et ipii in tenebris conticescent / quia non in fortitudine sua roborabitur vir.
Dominũ formidabũt aduersarii eius: ⁊ sup ipsos in celis tonabit.
Dominus iudicabit fines terre / et dabit imperium regi suo: et sublimabit cornu christi sui.
Gloria pri. ã. Dñs iudicabit fines tre. ã. i. Celi celorũ laudate deũ. ps. Laudate do. de ce. cap. Uigilate et ora. ℟. Dñe ne in ira. vsq3 ad. xl. quãdo de. iiii. fer. agitur: dicit ad laud. seq. Hy⁹.

Nox et tenebre et nubila cõfusa mundi et turbida: lux intrat / albescit polus / christus venit / discedite.
Caligo terre scinditur / percussa solis spiculo: rebusq3 iam color redit / vultu nitentis syderis.
Te christe solum nouim⁹ / te mẽte pura ⁊ simplici flendo canẽdo quesumus: intende nostris sensibus.
Sunt multa fucis illita / que luce

purgentur tua: tu lux eoi syderis: vultu sereno illumina.
Deo patri sit glo. V. In matutinis. cpm. Vigilate. R. Per estatē hy⁹. Ecce iam. B⁹. In matutinis. ān. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui nos oderūt libera nos domine. ps. Būdict⁹. Preces vts. Oī vt decet.
Fer. v. ad matu. Inuit. Adorem⁹ dnm. Qm ipse fecit nos. Psal. Venite. Pro hymno. Dñe ne in ira. A Dñe ne i ira. vsq₃ ad. xl. quādo de. v. fer. agitur: dicitur ad matu. sequens Hymn⁹.
Nox atra rerū cōtegit terre colores oīm: nos confitentes poscimus te iuste iudex cordiū.
Ut auferas piacula/ sordesq₃ mētis abluas: donecq₃ christe gratiam/vt arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia / quā culpa mordet noxia: obscura gestit tollere/et te redemptor querere.
Repelle tu caliginem intrinsec⁹ q̄maxime: vt in beato gaudeat se collocari lumine.
Presta pater pijssime patriq₃. R. Per estatem hy⁹. Nocte surgētes. Super nocturnū. Psalm⁹. lxviij.
Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aque vsq₃ ad animā meam.
Infixus sum in limo profundi: et non est substantia.
Ueni in altitudinem maris: & tēpestas demersit me.
Laboraui clamans / rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderūt me gratis.
Confortati sunt q̄ persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exsoluebam.
Deus tu scis insipiētiam meam: & delicta mea a te nō sūt abscōdita.
Non erubescant in me qui expectant te domine: domine virtutum.
Non confundantur super me: qui querunt te deus israel.
Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit cōfusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratrib⁹ meis: & peregrin⁹ filijs mřis mee.
Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio aīam meā: & factum est in opprobrium michi.
Et posui vestimentū meū ciliciū: et factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebātur qui sedebant in porta: et in me psallebāt qui bibebant vinum.
Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.
Eripe me de luto vt nō infigar: libera me ab his qui oderunt me & de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aque: neq₃ absorbeat me profundum: neq₃ vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationuʒ tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.
Intende anime mee & libera eam:

propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperium meũ & confusionẽ meã: et reuerẽtiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et non inueni.
Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in retributiones et in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorũ sẽper incurua.
Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quẽ tu percussisti persecuti sunt: et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem sup iniquitatem eorum: et non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: sal⁹ tua deus suscepit me.
Laudabo nomẽ dei cum cantico: et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo sup vitulũ nouellum: cornua ꝓducẽtem & vngulas.
Videant pauperes et letẽtur: querite deum et viuet anima vestra.
Quoniã exaudiuit pauperes dominus⁹: et victos suos non despexit.
Laudent illum celi et terra: mare et omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluam faciet syon: et edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam: et qui diligũt nomen eius inhabitabunt in ea. Psalm⁹. lxix.
Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur & reuereãtur: qui querunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescẽtes: qui dicunt mihi euge euge.
Exultẽt & letentur in te oẽs qui querunt te: et dicant semp magnificetur dñs / qui diligũt salutare tuũ.
Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris.
Gloria pri et filio: et spiritui scto.
Sicut erat in principio. An. Dñe deus i adiutoriũ meũ intẽde. Psalm⁹. lxx.
In te domine speraui non cõfundar in eternum: in iustitia tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: & salua me.
Esto mihi in deũ protectorẽ et in locũ munitũ: vt saluũ me facias.
Quoniam firmamẽtum meum: et refugium meum es tu.
Deus me⁹ eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.
Quoniã tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis / et tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meã consilium fecerunt in vnum.
Dicentes deus dereliquit eũ: persequimini et comprehendite eum / quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice.
Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur cõfusione et pudore qui querunt mala mihi.
Ego autẽ semper sperabo: et adijciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius.
Deus docuisti me a iuuẽtute mea: et vsque nũc pnũciabo mirabilia tua.
Et vsque in senectam et senium: deus ne derelinquas me.
Donec annũciem brachium tuũ: generationi omni que ventura est.
Potentiam tuam et iustitiam tuam deus vsque in altissima q̃ fecisti magnalia: deus quis similis tibi.
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas: et conuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificẽtiam tuam: et cõuersus consolatus es me.
Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi: veritatem tuam deus psallã tibi in cithara sctũs israel.
Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi: et aĩa mea quã redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi et reueriti fuerint qui querunt mala michi.

Psalmus. lxxi.

Deus iudiciũ tuum regi da: et iustitiam tuã filio regis.
Iudicare populum tuum in iustitia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: et colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi: et saluos faciet filios pauperum / et humiliabit calũmniatorem.
Et permanebit cum sole et ante lunã: in generatiõe et generationẽ.
Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus eius iustitia et abundãtia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari vsque ad mare: et a flumiẽ vsque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent.
Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperem a potẽte: et pauperẽ cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et aĩas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris et iniq̃tate redimet ani

mas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper/tota die benedicent ei
Erit frumentum in terra in summis montium/superextolletur super libanum fructus eius: et florebunt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gētes magnificabunt eum.
Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate eius oīs terra fiat fiat.
Gloria patri et filio. an. Esto michi dñe in deū protectorē. Psalmus. lxxij.
Quā bonus israel deus: his qui recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui super iniquos: pacē peccatorum videns.
Quia non est respectus morti eorum: ꝛ firmamētum in plaga eoꝝ.
In labore hominū non sunt: et cū hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.
Prodijt quasi ex adipe iniqtas eorum: transierunt in affectū cordis.
Cogitauerūt et locuti sunt nequitiam: iniqtatē in excelso locuti sūt.
Posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: et dies pleni inuenietur in eis.
Et dixerunt quomodo scit deus: et si est scientia in excelso.
Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerūt diuitias.
Et dixi/ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorū tuorum reprobaui.
Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sanctuariū dei: et intelligam in nouissimis eorū.
Verūtamen ꝑpter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarētur.
Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt/perierunt propter iniquitatem suam?
Velut somnium surgentium domine: in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflāmatum est cor meū et renes mei commutati sunt: et ego ad nihilū redactus sum et nesciui.
Vt iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meā: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in celo? et a te quid volui super terram?
Defecit caro mea et cor meum: deus cordis mei et pars mea deus in eternum.
Q2 ecce qui elongāt se a te ꝑibūt: ꝑdidisti oēs qui fornicātur abs te.
Mihi aūt adherere deo bonum est: ponere in domino deo spem meam.
Vt annūciem oēs predicationes tuas: in portis filie sion. ps. lxxiij.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue?
Memor esto congregationis tue/ quam possedisti ab initio.
Redemisti virgã hereditatis tue: mons sion in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue.
Posuerũt signa sua signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignorum securibus exciderũt ianuas ei9 in id ipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderũt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerũt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciam9 omnes dies festos dei a terra.
Signa nr̃a nõ vidim9/iam nõ est ppheta: et nos nõ cognoscet ãpli9.
Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Ut quid auertis manũ tuã: et dexterã tuã de medio sinu tuo in finẽ?
Deus aũt rex nr̃ ante secula: operatus est salutem in medio terre.
Tu cõfirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escã populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius inimicus improperauit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamẽtum tuum: qr repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus cõfusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge de9 iudica causam tuã: memor esto improperiorũ tuorũ eorum que ab insipiẽte sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorum: supbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Gloria. ãn.
Liberasti vgã hereditatis tue. ps. lxxiiij.

Confitebimur tibi deus confitebimur: et inuocabimus nomen tuum.
Narrabim9 mirabilia tua: cũ accepero tp̃s/ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra et omẽs qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniqs nolite inique agere: et delinquẽtib9 nolite exaltare cornu.
Nolite extollere i altũ cornu vẽm: nolite loq aduersus deũ iniquitatẽ.
Quia neqz ab oriente neqz ab occidente neqz a desertis mõtibus: quoniam deus iudex est.
Hunc humiliat et hunc exaltat: qr calix i manu domini vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verũtamen fex eius non est exinanita/ bibent omnes peccatores terre.

Ego autem annunciabo in secu-
lum: cantabo deo iacob.
Et oia cornua petõrũ cõfringã: et
exaltabunt cornua iusti. ps.lxxv.
Notus in iudea deus: in is-
rael magnum nomen ei⁹.
Et factus est in pace locus eius:
et habitatio eius in sion.
Ibi confregit potentias: arcum
scutum gladium et bellum.
Illuminãs tu mirabiliter a mon
tibus eternis: turbati sunt omnes
insipientes corde.
Dormierũt somnum suum: et ni-
chil inuenerũt omnes viri diuitia-
rum in manibus suis.
Ab increpatione tua deus iacob:
dormitauerũt q̃ ascẽderũt equos.
Tu terribilis es et quis resistet ti
bi: ex tunc ira tua.
De celo auditum fecisti iudicium:
terra tremuit et quieuit.
Cum exurgeret in iudicio deus:
vt saluos faceret omnes mansue-
tos terre.
Quoniam cogitatio hominis cõ-
fitebitur tibi: et reliquie cogitatio-
nis diem festum agent tibi.
Uouete et reddite domino deo ve-
stro: omnes qui in circuitu eius af-
fertis munera.
Terribili et ei qui aufert spm̃ prin
cipum: terribili apud reges terre.
Gloria patri. Aña. In israel magnũ
nomen eius. Psalmus.lxxvj.
Uoce mea ad dominum cla-
maui: voce mea ad deum
et intendit michi.
In die tribulationis mee deũ ex-
quisiui manib⁹ meis nocte contra
eum: et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: me
mor fui dei et delectatus sum/ et ex-
ercitatus sum et defecit spũs me⁹.
Anticipauerũt vigilias oculi mei:
turbatus sum et non sum locutus.
Cogitaui dies ãtiquos: et annos
eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum cor
de meo: et exercitabar et scopebam
spiritum meum.
Nũqd i eternũ piiciet de⁹: aut nõ
apponet vt cõplacitior sit adhuc.
Aut in finem miam suam absci-
det: a generatione in gñationem.
Aut obliuiscet misereri deus: aut
continebit in ira sua mias suas.
Et dixi nũc cepi: hec mutatio dex
tere excelsi.
Memor fui oper dñi: quia memor
ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor i oĩb⁹ operib⁹ tuis:
et in adinuẽtionib⁹ tuis exercebor.
Deus in sancto via tua: quis de-
us magn⁹ sicut deus noster: tu es
deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutẽ
tuam: redemisti in brachio tuo po-
pulum tuum filios iacob et ioseph.
Uiderũt te aq̃ de⁹ viderũt te aque
et timuerunt: et turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vo-
cem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeũt: vox
tonitrui tui in rota.
Illuxerũt coruscationes tue orbi
terre: cõmota est et contremuit terra.
In mari via tua et semite tue i aq̃s
multis: et vestigia tua nõ cognoscẽt.
Deduxisti sicut oues ppl̃m tuũ:
in manu moysi et aaron. ps.lxxvij.
Attendite popule meus le-
gem meam: inclinate aurẽ
vestram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

Quanta audiuimus et cognouimus ea: et patres nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filijs eorū: in generatione altera.

Narrantes laudes domini et virtutes eiꝰ: ⁊ mirabilia eius q̄ fecit.

Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in israel.

Quanta mandauit patribus nostris: nota facere ea filijs suis vt cognoscat generatio altera.

Filij qui nascentur et exurgent: enarrabunt filijs suis.

Ut ponāt in deo spem suam: et nō obliuiscantur operum dei/ et mandata eius exquirant.

Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua et exasperans.

Generatio que non direxit cor suum: et non est creditus cum deo spiritus eius.

Filij effrem intendentes et mittētes arcū: conuersi sunt in die belli.

Non custodierunt testamentum dei: et in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt benefactorum eiꝰ: et mirabilium eius que ostēdit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos.

Interrupit mare et perduxit eos: et statuit aquas quasi in vtre.

Et deduxit eos in nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petrā in eremo: ⁊ adaquauit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra: et deduxit tanq̄ flumina aquas.

Et apposuerūt adhuc peccare ei: in irā cōcitauerūt excelsū ī inaquoso.

Et tentauerunt deum in cordibꝰ suis: vt peterēt escas aīabus suis.

Et male locuti sunt de deo: dixerunt/ nunquid poterit deus parare mensam in deserto?

Qui percussit petram ⁊ fluxerunt aque: et torrentes inundauerunt.

Nunquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?

Ideo audiuit dominus ⁊ distulit: et ignis accensus est in iacob/ ⁊ ira ascendit in israel.

Quia non crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius.

Et mandauit nubibus de super: et ianuas celi aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum: et panem celi dedit eis.

Panē angelorū manducauit hō: cibaria misit eis in abundantiam.

Transtulit austrum de celo: et induxit in virtute sua africum.

Et pluit super eos sicut puluerē carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorū eorum: circa tabernacula eorum.

Et mādūcauerūt ⁊ saturati sunt nimis/ ⁊ desideriū eoꝝ attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: ⁊ ira dei ascēdit super eos.

Et occidit pingues eorum: et electos israel impediuit.

In oībus his peccauerūt adhuc: ⁊ nō crediderūt in mirabilibꝰ eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: ⁊ anni eorū cum festinatione.

Cum occideret eos querebant eū et reuertebātur: et diluculo venie-

bant ad eum.
Et rememorati sunt quia de⁹ adiutor est eorum: et de⁹ excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerunt eũ in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autem eorum non erat rectũ cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors et propitius fiet peccatis eorum: et non disperdet eos.
Et abundauit vt auerteret iram suã: et nõ accendit omnem irã suã.
Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens et non rediens.
Quotiens exacerbauerũt eum in deserto: in iram cõcitauerunt eum in inaquoso.
Et cõuersi sunt et tẽtauerũt deũ: et sanctum israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati man⁹ ei⁹: die qua redemit eos de manu tribulãt.
Sicut posuit i egypto signa sua: et prodigia sua i campo thaneos.
Et cõuertit in sanguinẽ flumina eorum: et imbres eorũ ne biberent.
Misit i eos cynomyiam ⁊ comedit eos: et ranam et disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste.
Et occidit i grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumẽta eorum: et possessionem eorum igni.
Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et iram et tribulationem / immissiones per angelos malos
Viam fecit semite ire sue ⁊ nõ pepercit a morte aĩarum eorum: ⁊ iumenta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitũ in terra egypti: primitias oĩs laboris eorũ in tabernaculis cham.
Et abstulit sicut oues populum suũ: et perduxit eos tanquam gregem in deserto.
Et eduxit eos in spe ⁊ non timuerũt: et inimicos eorũ operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit i tabernaculis eorum: tribus israel.
Et tentauerunt ⁊ exacerbauerũt deum excelsum: ⁊ testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se et non seruauerũt pactũ: quemadmodum patres eorũ cõuersi sunt in arcũ prauum.
In iram concitauerũt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationẽ eũ prouocauerunt.
Audiuit deus ⁊ spreuit: et ad nichilum redegit valde israel.
Et repulit tabernaculum silo: tabernaculum suum vbi habitauit ĩ hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorũ: et pulchritudinem eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suũ: et hereditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorũ nõ sunt lamẽtate.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderũt: et vidue eorũ nõ plorabãtur.
Et excitat⁹ est tãq̃ dormiẽs dñs: tanquã potens crapulatus a vino.
Et percussit iimicos suos i poste

rioza: opprobrium sempiternũ dedit illis.
Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montem sion quem dilexit.
Et edificauit sicut unicornis sanctificium suum: i terra quam fundauit in secula.
Et elegit dauid seruum suum et sustulit eum de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum.
Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocẽtia cordis sui: & in intellectib⁹ manuum suarum deduxit eos
Gloria patri et filio: et spũi sãcto.
Sicut erat in princi. ãn. Tu es de⁹ qui facis mirabilia. Psalmus. lxxviij.
Deus venerũt gentes in hereditatem tuam: polluerũt templum sanctũ tuum / posuerunt hierusalem in pomorũ custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre.
Effuderũt sanguinem eorũ tãq̃ aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret.
Facti sum⁹ opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Usq̃quo domine irasceris i finẽ: accẽdetur velut ignis zelus tuus.
Effunde iram tuã in gentes que te nõ nouerunt: & in regna que nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederũt iacob: et locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarum: cito anticipẽt nos mie tue / quia pauperes facti sum⁹ nimis.
Adiuua nos de⁹ salutaris noster et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gẽtibus ubi est deus eorum: & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effus⁹ est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorũ.
Secundũ magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine.
Nos autem popul⁹ tuus et oues pascue tue: cõfitebimur tibi i sclm.
In generatiõe et generationem. annũciabim⁹ laudẽ tuã. ps. lxxix.
Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph.
Qui sedes super cherubin: manifestare coram effraim beniamin et manasse.
Excita potentiam tuam et veni: ut saluos facias nos.
Deus converte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus.
Domine deus virtutum quousq̃ irasceris: super orationẽ serui tui.
Cibabis nos pane lachrymarũ: et potũ dabis nobis in lachrymis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & iimici nostri subsannauerunt nos.
Deus virtutũ cõuerte nos: & ostẽde faciem tuam & salui erimus.
Uineam de egypto trãstulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu eius: et plātasti radices eius et impleuit terram.
Operuit montes umbra eius: et arbusta eius cedros dei.
Extendit palmites suos usqꝫ ad mare: et usqꝫ ad flumen propagines eius.
Ut quid destruxisti maceriā ei⁹: et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam?
Exterminauit eā aper de silua: et singularis ferus depastus est eā.
Deus virtutū cōuertere: respice de celo ꝛ vide et visita vineā istam.
Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Incensa igni ꝛ suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat man⁹ tua super virum dextere tue: et super filiū hominis quē confirmasti tibi.
Et non discedimus a te viuificabis nos: ꝛ nomē tuū inuocabim⁹.
Dñe deus virtutū conuerte nos: et ostēde faciē tuā ꝛ salui erimus.
Gloria patri et filio. Añ. Propitius esto peccatis nostris domine. V. Gaudebūt labia mea dum cantauero tibi. R. Et anima mea quam redemisti. Ante laud. V⁹. Fiat mīa. ¶ In laudibus. Aña. Tibi soli peccaui domine miserere mei. Ps. Miserere mei deus. Psalmus. lxxxix.

Domine refugium factus es nobis: a generatione in generationem.
Priusqꝫ mōtes fierent aut formaretur terra ꝛ orbis: a seculo et usqꝫ in seculum tu es deus.
Ne auertas hoīem ī humilitatē: et dixisti cōuertimini filij hominū.
Qm̄ mille āni ante oculos tuos: tanqꝫ dies hesterna que preterijt.
Et custodia in nocte: que pro nichilo habentur eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat/mane floreat et transeat: vespere decidat induret ꝛ arescat.
Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculū nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autem in potētatib⁹ octogita anni: ꝛ ampli⁹ eoꝝ labor ꝛ dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur.
Quis nouit ptātem ire tue: ꝛ pre timore tuo irā tuam dinumerare?
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Cōuertere domine usqꝫquo: et deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sum⁹ mane misericordia tua: et exultauimus ꝛ delectati sumus in omnibus dieb⁹ nostris.
Letati sum⁹ p dieb⁹ qb⁹ nos humiliasti: ānis quib⁹ vidim⁹ mala.
Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum.
Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuū nostrarum dirige super nos: ꝛ opus manuum nostrarum dirige.
Gloria patri et filio. Aña. Domine refugiū fact⁹ es nobis. Añ. In matutinis dñe meditabor ī te. Ps. Deus de⁹ meus.
¶ Canticum moysi.

Exod. xv. Cantemus domino/ gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem.
Iste deus meus et glorificabo eum: deus patris mei et exaltabo eum.
Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare.
Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos/ descenderunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua domine magnificata est in fortitudine/ dextera tua domine percussit inimicum: et in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos.
Misisti iram tuam que deuorauit eos sicut stipulam: et in spiritu furoris tui congregate sunt aque.
Stetit vnda fluens: congregate sunt abyssi in medio mari.
Dixit inimicus/ persequar et comprehendam et diuidam spolia: implebitur anima mea.
Euaginabo gladium meum: et interficiet eos manus mea.
Flauit spiritus tuus et operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.
Quis similis tui in fortibus domine/ quis similis tui: magnificus in sanctitate terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia.
Extendisti manum tuam: et deuorauit eos terra.
Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti.
Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.
Ascenderunt populi et irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores philistiim.
Tunc conturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor/ obriguerunt omnes habitatores chanaan.
Irruat super eos formido et pauor: in magnitudine brachij tui.
Fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine/ donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.
Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sanctuarium tuum domine quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit in eternum et vltra.
Ingressus est enim eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare: et reduxit super eos dominus aquas maris.
Filij autem israel ambulauerunt per siccum: in medio eius.
Gloria patri. Antiphona. In eternum dominus regnabit et vltra. Antiphona. In sanctis eius laudate deum. Psalmus. Laudate do. de cel. capitulum. Vigilate. Versus. Domine ne in ira. vsque ad .xl. quando de .v. fer. agitur: dicitur ad laudes sequens hymnus.

Lux ecce surgit aurea/ pallens fatiscat cecitas: que nosmet in preceps diu errore traxit deuio.
Hec lux serenum conferat/ purosque nos prestet sibi: nichil loquamur subdolum/ voluamus obscurum nichil.
Sic tota discurrat dies/ ne lingua mendax nec manus: oculi nec peccent lubrici/ nec noxa corpus inquinet.
Spectator astat desuper/ qui nos diebus omnibus: actusque nostros pro-

spicit/a luce prima in vesperum.
Deo pri. V. In matutinis. Per estatem hy⁹, Ecce iam no. V. In matutinis. an. In sanctitate seruiamus dño et liberabit nos ab inimicis nostris. psalm⁹. Benedictus. ¶Feria sexta. ad matu. Inuit. Dñm q fecit nos. Venite adoremus. ps. Venite. A Domine ne in ira. vsqȝ ad. xl. quãdo de sexta feria agitur: dicit ad mat. sequens hymn⁹.
Tu trinitatis vnitas / orbem potẽter q regis: attẽde laudũ cantica / q excubãtes psallim⁹.
Iam lectulo cõsurgimus/noctis quieto tempore: vt flagitemus vulnerum a te medelam omnium.
Quo fraude quicquid demonũ/in noctibus deliquimus: abstergat illud celitus tue potestas glorie.
Ne corp⁹ assit sordidum/ nec torpor instet cordium: nec criminis cõtagio tepescat ardor spiritus.
Ob hoc redẽptor quesumus/ nos reple tuo lumine: per quod dierum circulis/nullis ruamus actibus.
Presta pater. Per estatẽ hymn⁹. Nocte surgentes. Psalmus. lxxx.
Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob.
Sumite psalmũ et date tympanum: psalteriũ iocundum cum cithara.
Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre.
Quia preceptum in israel est: et iudicium deo iacob.
Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguam quam non nouerat audiuit.
Diuertit ab onerib⁹ dorsum eius: manus eius in cophino seruierũt.
In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis/probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus et contestabor te: israel si audieris me nõ erit in te deus recẽs/neqȝ adorabis deum alienum.
Ego eni sum dominus deus tu⁹ qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.
Et nõ audiuit populus meus vocem meã: et israel nõ intẽdit michi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuẽtionibus suis.
Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset.
Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulãtes eos misissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

Psalmus. lxxxi.

Deus stetit ĩ synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
Usqȝquo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.
Eripite pauperem et egenum: de manu peccatoris liberate.
Nescierunt neqȝ intellexerunt/ in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.
Ego dixi dij estis: et filij excelsi oẽs
Vos autẽ sicut hoies moriemini: et sicut vn⁹ de principib⁹ cadetis.
Surge de⁹ iudica terram: quoniã tu hereditabis in oibus gentibus.

Gloria patri et filio. Aña. Exultate deo adiutori nostro. Psalmus. lxxxij.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque compescaris deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerũt: et q̃ oderũt te extulerũt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: et nõ memoretur nomen israel vltra.

Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te: testamẽtũ disposuerunt tabernacula idumeorum et ismaelite.

Moab et agareni gebel et amon et amalech: alienigene cum habitantibus tyrum.

Etenim assur venit cũ illis: facti sunt in adiutorium filijs loth.

Fac illis sicut madian et sisare: sicut iabin in torrente cison.

Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre.

Pone principes eorum sicut oreb et zeb: et zebee et salmana.

Omnes principes eorũ q̃ dixerũt: hereditate possideamus sctũariũ dei.

Deus meus pone illos vt rotã: et sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui cõburit siluam: et sicut flãma comburens mõtes.

Ita persequeris illos ĩ tẽpestate tua: et in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.

Erubescant et cõturbentur in seculũ scli: et cõfũdantur et pereant.

Et cognoscant quia nomẽ tibi deus: tu solus altissimus in omni terra.

Psalmus. lxxxiij.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit et deficit aĩa mea in atria dñi.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domũ et turtur nidum: vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutũ: rex meus et deus meus.

Beati qui habitãt in domo tua domine: ĩ secula seculorũ laudabũt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator / ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorũ in sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.

Protector noster aspice deus: et respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies vna ĩ atrijs tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiã et veritatẽ diligit deus: gratiã et gloriã dabit dñs.

Nõ priuabit bonis eos qui ambulant in inocẽtia: dñe virtutũ btũs homo q̃ sperat ĩ te. Gl'ia pa. Añ. Tu solus altissimus sup oẽm terrã. Ps. lxxxiiij.

Benedixisti dñe terrã tuam: auertisti captiuitatẽ iacob.

Remisisti iniquitatẽ plebis tue: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti oẽm iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris no

ster: & auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternū irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuā: & salutare tuū da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus de⁹: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et sup sanctos suos: & i eos qui conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timētes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerūt sibi: iustitia & pax osculate sūt.
Ueritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit.
Etenim dominus dabit benignitatē: & terra nr̄a dabit fructū suū.
Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gress⁹ suos. ps. lxxxv.
Inclina domine aurē tuam/ et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego.
Custodi animā meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei domie quoniā ad te clamaui/ tota die letifica animam serui tui: quoniā ad te domine animam meam leuaui.
Quoniā tu domine suauis & mitis: & multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe dn̄e orationem meā: intēde voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Nō est similis tui in dijs domine: et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunq; fecisti venient/ et adorabūt coram te domine: et glorificabūt nomē tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.
Q; misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerūt super me/ et synagoga potentium quesierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator et misericors: patiens et multe misericordie et verax.
Respice in me et miserere mei/ da imperium tuum puero tuo: et saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signū in bono vt videant qui oderunt me & cōfundantur: quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me.
Gloria patri et filio et spiritui sctō.
Sicut erat in princi. Antiphona.
Benedixisti dn̄e terrā tuam. ps. lxxxvi.
Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas sion super om̄ia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sūt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab & babylonis: scientium me.
Ecce alienigene & tyrus et populus ethiopum: hi fuerunt illic.
Nūquid sion dicet homo et homo

natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio est in te. Psalmus. lxxxvii.
Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurē tuā ad precē meam.
Quia repleta est malis aīa mea: et vita mea in iferno appropinquauit.
Estimatus sum cū descendētib⁹ in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio/inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris/quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerūt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationem sibi.
Traditus sum et nō egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditione?
Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te.
Ut quid dñe repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me?
Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.
In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me.
Circundederūt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul.
Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. aña. Fundamenta eius in montibus sanctis. Psalmus. lxxxviii.
Misericordias dñi: in eternum cantabo.
In generatione et generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo.
Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamētum electis meis: iuraui dauid seruo meo/vsqz in eternum preparabo semen tuum.
Et edificabo in generatione et generationem: sedem tuam.
Confitebūtur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuā in ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit domino in filijs dei?
Deus qui glorificatur in cōsilio sanctorum: magnus et terribilis super oēs qui in circuitu ei⁹ sunt.
Domine deus virtutum quis similis tibi? potens es domine et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motū aūt fluctuū ei⁹ tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt celi et tua est terra: orbē terrarum & plenitudinē ei⁹ tu fundasti: aquilonem & mare tu creasti.
Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia & iudicium preparatio sedis tue.
Misericordia et veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.
Domine in lumine vult⁹ tui ambulabunt/et in nomine tuo exultabunt tota die: et in iustitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nr̄a: et sancti israel regis nostri.
Tunc locutus es in visione sctīs tuis: & dixisti posui adiutoriū i potēte/& exaltaui electū de plebe mea.
Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum.
Manus eni mea auxiliabitur ei: & brachiū meum cōfirmabit eum.
Nichil pficiet inimicus in eo: & filii⁹ iniqtatis nō apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odiētes eum in fugam conuertam.
Et veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocauit me pat me⁹ es tu: deus me⁹ & susceptor salutis mee.
Et ego primogenitum ponā illū: excelsum pre regibus terre.
In eternum seruabo illi misericordiam meam: et testamentū meum fidele ipsi.
Et ponam in seculū seculi semen eius: & thronū eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filii eius legem meam: et in iudiciis meis non ambulauerint:
Si iustitias meas pphanauerit: & mandata mea non custodierint:
Visitabo in virga iniqtates eorū: et in verberibus peccata eorum.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea.
Neqꝫ prophanabo testamentum meum: et que procedunt de labiis meis non faciam irrita.
Semel iuraui i sctō meo si dauid mētiar: semē ei⁹ ieternū manebit.
Et thronus ei⁹ sicut sol in conspectu meo: et sicut luna pfecta in eternum/et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuum.
Auertisti testamētū serui tui: prophanasti in terra sanctuariū eius.
Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinē.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: fact⁹ est opprobrium vicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentiū eum: letificasti oēs inimicos eius.
Auertisti adiutorium gladii ei⁹: et non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emūdatione: et sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies temporis ei⁹: per-

fudisti eum confusione.

Usquequo dñe auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua.

Memorare q̄ mea substãtia: nũquid enī vane cõstituisti oēs filios hoīm.

Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi.

Ubi sunt mīe tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua.

Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerũt inimici tui domine: quod exprobrauerũt commutationem christi tui.

Benedictꝰ dñs in eternũ; fiat fiat.

Non dicitur ad noc. iste ps̄. lxxxix. Dñe refugi. &c. Non dr̄ ad noc. iste psal. xc. Qui habitat in adiutorio. &c. Non dicitur ad noc. iste ps̄. xci. Bonum est confi. Non dr̄ ad nock. iste ps̄. xcij. Do. regñ. De ps̄. xciij.

Deus vltionum dominus: deus vltionum libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur.

Effabũtur et loquent̄ iniq̄tatē: loquent̄ oēs q̄ operant̄ iniustitiam.

Populũ tuũ dñe humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt.

Uiduam et aduenã interfecerunt: et pupillos occiderunt.

Et dixerunt non videbit dominꝰ: nec intelliget deus iacob.

Intelligite insipiētes in populo: et stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem nõ audiet. aut q̄ finxit oculum nõ considerat.

Qui corripit gentes non arguet. aut qui docet hominem scientiam.

Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt.

Beatus homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellet dñs plebē suã: et hereditatē suam nõ derelinquet.

Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget michi aduersus malignãtes. aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatem.

Nisi quia dñs audiuit me: paulominꝰ habitasset i inferno aīa mea.

Si dicebam motus est pes meus: mīa tua domine adiuuabat me.

Secũdum multitudinem dolorũ meorũ in corde meo: consolatiões tue letificauerunt animam meam.

Nunquid adheret tibi sedes iniq̄tatis: qui fingis laborē in precepto.

Captabunt in animã iusti: et sanguinē innocentem condemnabũt.

Et factus est michi dominus in refugium: et deus meus in adiutorium spei mee.

Et reddet illis iniq̄tatē ipsorũ et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominꝰ deus noster.

Non dicitur ad nock. iste ps̄. xciiij.

Uenite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro.

Preoccupemus faciē eius in confessione: et in psalmis iubilemꝰ ei.

Quoniam deus magnꝰ dominꝰ: et rex magnus super omnes deos.

Quia i manu eiꝰ sunt oēs fines terre: et altitudines mõtiũ ipsiꝰ sunt.

Quoniam ipsiꝰ est mare et ipse fecit illud:

et siccā manus eius formauerūt.
Venite adoremus et procidamus et ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipse est deus noster.
Et nos populus pascue eius: et oues manus eius.
Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione: secūdum diem tentationis in deserto.
Ubi tentauerūt me patres vestri: probauerunt et viderunt opa mea.
Quadragita annis offensus fui generationi illi: et dixi semper hi errant corde.
Et isti non cognouerunt vias meas: et iuraui in ira mea/ si introibunt in requiem meam. an. Benedictus dñs in eternum. Psalmus. xcv.

Cantate dño cāticum nouū: cantate dño omnis terra.
Cantate dño et benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annunciate inter gentes gl'iam eius: in oībus ppl'is mirabilia eius.
Qm̄ magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup oēs deos.
Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus autem celos fecit.
Confessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius.
Afferte domino patrie gentiū/ afferte domino gloriā et honorem: afferte domio gloriam nomini eius.
Tollite hostias et itroite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gētibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.
Letētur celi et exultet terra/ cōmoueatur mare et plenitudo eius: gaudebūt campi et oīa que in eis sunt.
Tunc exultabūt omnia ligna siluarum a facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre in eq̄tate: et populos in v'itate sua. ps. xcvj.

Dominus regnauit exultet terra: letētur insule multe.
Nubes et caligo in circuitu eius: iustitia et iudiciū correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et inflāmabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerūt fulgura eius orbi terre: vidit et commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie domini oīs terra.
Annūciauerūt celi iustitiam eius: et viderūt oēs ppl'i gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia: et qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum oēs angeli eius: audiuit et letata est sion.
Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominū odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum/ de manu peccatoris liberauit eos.
Lux orta est iusto: et rectis corde letitia.
Letamini iusti in dño: et confitemini memorie sanctificatiōis eius.
Gloria pri et filio: et spiritui sctō.

Añ. Cantate dño ꝛ benedicite nomini eius. V⁹. Intret oratio mea in conspectu tuo domine. R. Inclina aurem tuam ad precem meam. Ante lau. V⁹. Fiat misericordia.

In laudibus aña. Spiritu principali confirma cor meum deus. psal. Miserere mei deus. Psalmus. cxlij.

Domine exaudi orationem meam/auribus percipe obsecratiõem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cũ seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia psecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus/in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierũ antiquorũ meditatus sum in oĩbus opibus tuis: in fctis manuũ tuarũ meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendẽtib⁹ in lacũ.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: qꝛ ad te leuaui aĩam meã.

Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam/quia deus meus es tu.

Spũs tuus bon⁹ deducet me in terram rectã: propter nomẽ tuum dñe viuificabis me in eqtate tua.

Educes de tribulatione animam meã: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes oẽs qui tribulãt aĩam meam: qm̃ ego seruus tuus sum.

Gloria pr̃i et filio. añ. In vitate tua exaudi me dñe. añ. Illumina dñe vultũ tuum sup nos. V. Deus deus. Canticũ. Aba. iij.

Domine audiui auditiõem tuam: et timui.

Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.

In medio annorum notum facies: cum iratus fueris misericordie recordaberis.

Deus ab austro veniet: et sanct⁹ de monte pharam.

Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.

Ibi abscõdita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.

Egredietur diabolus ante pedes eius: stetit et mensus est terram.

Aspexit et dissoluit gentes: et contriti sunt montes seculi.

Incuruati sunt colles mundi: ab itineribus eternitatis eius.

Pro iniqtate vidi tentoria ethiopie: turbabũt pelles terre madian.

Nunquid in fluminibus irat⁹ es domine: aut in fluminib⁹ furor tuus/vel in mari indignatio tua?

Qui ascendis super equos tuos: et quadrige tue saluatio.

Suscitans suscitabis arcũ tuũ: iuramẽta tribubus q̃ locutus es.

Fluuios scindes terre/viderunt te aque et doluerunt montes: gurges aquarum transijt.

Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.

Sol ꝛ luna steterũt in habitaculo

suo: in luce sagittarũ tuarũ / ibunt in splẽdore fulgurantis haste tue.
In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutẽ populi tui: in salutem cum christo tuo
Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamẽtum eius usq; ad collum.
Maledixisti sceptris eius / capiti bellatorum eius: venientibus ut turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum: sicut eius qui devorat pauperem in abscondito.
Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audivi et conturbatus est venter meus: a voce ꝯtremuerũt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis: et ascendam ad populũ accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit: et nõ erit germen in vineis.
Mentietur opus olive: et arua nõ afferent cibum.
Abscidetur de ouili pecus: et non erit armentum in presepibus.
Ego autem in domino gaudebo: et exultabo in deo iesu meo.
Deus dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruorũ.
Et super excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.
Gloria patri et filio: et spũi sctõ.
Sicut erat in principio et nunc et semp: et in secula seculorũ amẽ. An. Dñe audivi auditũ tuum et timui. An. In tympano et choro / i chordis et organo laudate eum. ps. Laud. dñm. Uigilate. A Domine ne in ira. usq; ad. xl. quãdo de vi. feria agit: vel ad lau. seqns hy.

Eterna celi gloria / btã spes mortaliũ: celsi tonãtis unice / castecq; proles virginis.
Da dexteram surgentibus / exurgat et mens sobria: flagransq; in laudẽ dei grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer / sparsamq; lucem nunciat: cadit caligo noctium / lux sancta nos illuminet.
Manensq; nostris sensibus noctẽ repellat seculi: omniq; fece diei / purgata seruet pectora.
Quesita iam primum fides / radicet altis sensibus: scda spes cõgaudeat / quo maior extet charitas.
Deo prĩ. V. In matutinis. Per estatem hy. Ecce iã no. V. In matutinis. Aña. Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. ps. Benedictus dominus. ¶ Sabbato ad matutinas. Inuitatoriũ. Dominum deum nostrum Uenite adoremus. ps. Uenite exulte. Sequens hy. solũ dicitur ad matut. in sabbato proxĩo ante do. primã xl. quando in predicto sabbato de fer. agitur. Hymnus.

Summe deus clementie / mũdiq; factor machine: unus potẽtialiter / trinusq; personaliter.
Nostros pius cũ canticis fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus / te perfruamur largius.
Lumbos iecurq; morbidum adure igne congruo: accincti ut sint perpetim / luxu remoto pessimo.
Ut quiq; horas noctium nunc cõcinendo rũpimus: donis beate patrie ditemur omnes affatim. Presta pater. Per estatem hy. Nocte surgentes vigilemus omnes. &c.
Psalmus. xcvii.



Cantate domino cã=
ticũ nouum: quia
mirabilia fecit.
Saluauit sibi dex=
tera eius: et bra=
chium sanctũ ei⁹.
Notum fecit do=
minus salutare suum: in cõspectu
gentium reuelauit iustitiam suã.
Recordatus est misericordie sue:
et veritatis sue domui israel.
Viderũt omnes termini terre sa=
lutare dei nr̃i: iubilate deo oĩs ter=
ra/cantate et exultate et psallite.
Psallite domino in cithara in ci=
thara ꝛ voce psalmi: in tubis ducti
libus et voce tube cornee.
Iubilate in cõspectu regis domi=
ni/moueatur mare ꝛ plenitudo ei⁹:
orbis terrarum et q̃ habitant in eo.
Flumina plaudent manu simul
montes exultabunt a conspectu do
mini: quoniã venit iudicare terrã.
Iudicabit orbem terrarum in iu=
stitia: ꝛ pplos in eq̃tate. ps. xcviij.
Dominus regnauit irascã=
tur populi: qui sedes super
cherubin moueatur terra.
Dominus in sion magnus: et ex=
celsus super omnes populos.
Cõfiteantur nomini tuo magno
quoniam terribile ꝛ sanctum est: ꝛ
honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium
et iustitiam in iacob tu fecisti.
Exaltate dominũ deum nostrũ:
et adorate scabellum pedum eius/
quoniam sanctum est.
Moyses ꝛ aaron in sacerdotibus
eius: et samuel inter eos qui inuo=
cant nomen eius.
Inuocabant dominũ et ipse exau
diebat eos: in colũna nubis loque
batur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: et
preceptum quod dedit illis.
Domine deus noster tu exaudie=
bas eos/de⁹ tu propitius fuisti eis:
et vlciscens in omnes adinuentio=
nes eorum.
Exaltate dominum deum nostrũ
et adorate in monte sancto ei⁹: quo
niam sanctus domin⁹ deus noster.
Gl'ia patri et filio: et spũi sancto.
Sicut erat in principio et nunc. ã.
Q: mirabilia fecit dñs. Psalm⁹. xcix.
Iubilate deo omnis terra: ser
uite domino in letitia.
Introite in conspectu eius: in ex=
ultatione.
Scitote quoniam dominus ipse
est deus: ipse fecit nos ꝛ nõ ipsi nos.
Populus eius et oues pascue ei⁹
introite portas eius in cõfessione:
atria ei⁹ in hymnis cõfitemini illi.
Laudate nomẽ eius quoniã sua=
uis est dominus/in eternum mise=
ricordia eius: et vsq; in generatio=
ne ꝛ generationẽ veritas ei⁹. ps. c.
Misericordiam et iudicium
cantabo tibi dñe: psallam
et intelligam in via immaculata
quando venies ad me.
Perambulabã in innocentia cor=
dis mei: in medio domus mee.
Non proponebã ante oculos me=
os rem iniustam: facientes preua=
ricationes odiui.
Nõ adhesit michi cor prauum: de
clinantẽ a me malignum non cog=
noscebam.
Detrahentẽ secreto proximo suo:
hunc persequebar.
Superbo oculo et insatiabili corde:

cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecum: ambulās in via immaculata hic michi ministrabat.
Nō habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiā: q̄ loquit͛ iniqua nō dixerit in ꝯspectu oculoꝝ meoꝝ.
In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderē de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Gloria patri. Añ. Jubilate deo omnis terra. Psalm⁹. cj.
Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacunq̄ die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacūq̄ die inuocauero te: velociter exaudi me.
Qꝫ defecerūt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt.
Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: ꝛ potū meū cū fletu miscebā.
A facie ire indignatiōis tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum permanes: ꝛ memoriale tuum in generatione et generationem.
Tu exurgens domine misereberis sion: qꝫ tempus miserendi ei⁹/ quia venit tempus.
Quoniā placuerūt seruis tuis lapides ei⁹: ꝛ terre ei⁹ miserebuntur.
Et timebūt gētes nomen tuū domīe: et oēs reges terre gloriā tuā.
Quia edificauit dominus sion: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humiliū: et non spreuit precem eorum.
Scribantur hec in generatiōe altera: et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dn̄s de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemit⁹ compeditorū: vt solueret filios interemptorum.
Ut annūcient in sion nomen domini: et laudem ei⁹ in hierusalem.
In conueniendo populos in vnū: et reges vt seruiant domino.
Respōdit ei ī via virtutis sue: paucitatem dierū meorū nūcia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierū meorum: in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terrā fundasti: et opera manuum tuarū sunt celi.
Ipsi peribunt tu autē permanes: et oēs sicut vestimentū veterascēt.
Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es/ et anni tui non deficient.
Filij seruorū tuoꝝ habitabūt: et semē eoꝝ in seculū dirigetur. ps. cij.
Benedic aīa mea dn̄o: et oīa q̄ intra me sunt noī sctō ei⁹.
Benedic aīa mea dn̄o: et noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus.
Qui replet i bonis desideriũ tuũ: renouabit̃ vt aquile iuuẽtus tua.
Faciens misericordias dñs: ⁊ iudicium oĩbus iniuriã patiẽtibus.
Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.
Miserator et misericors domin⁹: longanimis ⁊ multũ misericors.
Non in perpetuũ irascetur: neq; in eternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniam secundũ altitudinem celi a t̃ra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.
Quantũ distat ort⁹ ab occidẽte: lõge fecit a nobis iniq̃tates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut fenũ dies ei⁹/ tanq̃ flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertrãsibit in illo ⁊ nõ subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autẽ dñi ab eterno: et vsq; in eternũ sup timentes eũ.
Et iustitia illius in filios filiorũ: his qui seruant testamẽtum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.
Domin⁹ in celo parauit sedẽ suã: et regnũ ipsius omnib⁹ dñabitur.
Benedicite domino omnes angeli eius: potentes virtute facientes verbum illius / ad audiendam vocem sermonum eius.
Benedicite dño oẽs virtutes ei⁹: ministri ei⁹ q̃ facitis volũtatẽ ei⁹:
Bñdicite dño oĩa opera eius in oĩ loco dominationis eius: bñdic aĩa mea dño. Gloria patri. ãn. Clamor meus ad te veniat deus. Psalmus. ciij.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem et decorẽ induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendens celũ sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascẽsum tuũ: qui ambulas super pẽnas vẽtorũ.
Qui facis angelos tuos spirit⁹: et ministros tuos ignem vrentem.
Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suã: nõ inclinabit̃ in sclm scli.
Abyssus sicut vestimẽtũ amict⁹ eius: super montes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugiẽt: a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes et descẽdunt campi: in locum quẽ fundasti eis.
Terminũ posuisti quem non trãsgredientur: neq; conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in cõuallib⁹: iter mediũ mõtiũ pertrãsibũt aque.
Potabũt oẽs bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabũt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum saciabitur terra.
Producẽs fenum iumentis: ⁊ her

uam seruituti hominum.
Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis.
Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi / et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.
Herodij domus dux est eorũ: mõtes excelsi ceruis petra refugiũ herinacijs.
Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras et fctã est nox: in ipsa pertrãsibũt oẽs bestie silue.
Catuli leonum rugiẽtes: vt rapiant et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et cõgregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: et ad operationẽ suã vsq ad vesperam.
Quã magnificata sunt opa tua dñe: omnia in sapiẽtia fecisti / impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum et spaciosum manibus: illic reptilia quorum nõ est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste que formasti ad illudẽdum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent: aperiẽte te manum tuam omnia implebuntur bonitate.
Auertẽte aũt te faciẽ turbabunt: auferes spiritum eorũ et deficient / et in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum et creabũtur: et renouabis faciem terre.
Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in opibus suis.
Qui respicit terrã et facit eã tremere: q̃ tangit mõtes et fumigant.
Cantabo dño in vita mea: psallam deo meo q̃diu sum.
Iocũdum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra / et iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino. Psalmus. ciiij.
Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius / laudamini in nomine sancto eius.
Letetur cor querẽtium dominũ / querite dominum et cõfirmamini: querite faciem eius semper.
Memẽtote mirabiliũ eius q̃ fecit: prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen abraham serui eius: filij iacob electi eius.
Ipse dominus de⁹ noster: in vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamẽti sui: verbi qđ mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abrahã: et iuramenti sui ad isaac.
Et statuit illud iacob i preceptũ: et israel in testamentum eternum.
Dicẽs tibi dabo terrã chanaan: funiculum hereditatis vestre.
Cum essent numero breui: paucissimi et incole eius.
Et pertransierũt de gente in gentem: et de regno ad pplm alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges.
Nolite tãgere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem super terrã: et

omne firmamētum panis ꝯtriuit.
Misit ante eos virum: in seruum venundatus est ioseph.
Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius: ferrum pertransijt aīam eius donec veniret verbum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: misit rex et soluit eum princeps populorum et dimisit eum.
Constituit eum dominū domus sue: et principem omnis possessionis sue.
Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham.
Et auxit ppl'm suum vehemēter: et firmauit eum sup inimicos ei⁹.
Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: et dolum facerēt in seruos eius.
Misit moysen seruum suum: aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis vba signorum suorum: et prodigiorū in terra cham.
Misit tenebras ꝛ obscurauit: ꝛ nō exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum.
Et dedit terra eorū ranas: in penetralibus regum ipsorum.
Dixit et venit cynomyia et cyniphes: in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorꝫ grandinem: ignē comburētem in terra ipsorū.
Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignū finium eorum.
Dixit et venit locusta: et brucus cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: ꝛ comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit oīe primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectiōem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix: ꝛ pane celi saturauit eos.
Dirupit petrā et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abrahā puerum suum.
Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in letitia.
Et dedit illis regiones gētium: et labores populorum possederūt.
Ut custodiāt iustificationes ei⁹: et legem eius exquirant. Aña. Benedic anima mea domino; Psalmus. cv.

Confitemini dño quoniam bonus: qm̄ in scl'm mia ei⁹.
Quis loquetur potētias domini: auditas faciet oēs laudes eius.
Beati qui custodiūt iudiciū et faciunt iustitiam: in omni tempore.
Memento nostri dñe in bñplacito ppl'i tui: visita nos ī salutari tuo.
Ad vidēdum in bonitate electorū tuorꝫ ad letandum in letitia gētis tue: vt lauderis cū hereditate tua.
Peccauimus cū pr̄ibus nr̄is: iniuste egimus iniqtatem fecimus.
Patres nostri in egypto nō intel-

lexerunt mirabilia tua: non fuerūt memores multitudinis mie tue.
Et irritauerūt ascēdentes in mare mare rubrum: et saluauit eos ꝓpter nomen suum vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum ⁊ exiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium: ⁊ redemit eos de manu iimici.
Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt in verbis eius: et laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt obliti sunt operum eius: ⁊ nō sustinuerūt cōsiliū eius.
Et concupierunt concupiscētiam in deserto: et tentauerunt deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatē in animas eorꝫ.
Et irritauerūt moysen i castris: aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutiuit dathan: et operuit super congregationem abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma cōbussit peccatores.
Et fecerunt vitulū in oreb: et adorauerunt sculptile.
Et mutauerūt gloriā suā: in similitudinē vituli comedentis fenum.
Obliti sunt deū qui saluauit eos: qui fecit magnalia in egypto / mirabilia in terra cham / terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: si non moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.
Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nichilo habuerunt terram desiderabilem.
Non crediderūt verbo ei⁹ / et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.
Et leuauit manū suā super eos: vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deijceret semē eorum in nationibus: et disperderet eos in regionibus.
Et iitiati sūt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerūt eū i adinuētiōib⁹ suis: ⁊ multiplicata est i eis ruina.
Et stetit phinees ⁊ placauit: ⁊ cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iustitiam: in generatione ⁊ generationē vsqꝫ in sempiternum.
Et irritauerunt eū ad aquas contradictionis: et vexatus est moyses propter eos / quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labijs suis: non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.
Et ꝯmixti sunt inter gētes ⁊ didicerunt opa eorū: ⁊ seruierūt sculptilib⁹ eorꝫ / ⁊ factū est illis i scādalū.
Et immolauerunt filios suos: et filias suas demonijs.
Et effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorū suorum et filiarum suarū: quas sacrificauerūt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est tra i sanguinib⁹ ⁊ ꝯtaminata est in opib⁹ eorꝫ: ⁊ fornicati sunt in adinuētionib⁹ suis.
Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in man⁹ gētium: et dñati sunt eorū qui oderūt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manib⁹ eorum sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamēti sui: ꝛ penituit eum secundum multitudinē misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias: in conspectu omniū qui ceperāt eos.
Saluos fac nos domine deus noster: et congrega nos de nationib⁹.
Ut confiteamur nomini sctō tuo: et gloriemur in laude tua.
Benedictus dn̄s deus israel a seculo et vsq₃ in seculū: et dicet omīs populus fiat fiat. Psalmus. cvj.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui redempti sunt a dn̄o: quos redemit de manu inimici/ de regionibus cōgregauit eos.
A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari.
Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
Esurientes ꝛ sitientes: anima eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad dominum cū tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectā: vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur domino misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hoīm.
Quia satiauit animam inanē: et animā esurientem satiauit bonis.
Sedētes ī tenebris ꝛ vmbra mortis: vinctos in mēdicitate ꝛ ferro.
Quia exacerbauerūt eloquia dei: et consilium altissimi irritauerūt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorū: et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cū tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: ꝛ vincula eoꝝ dirupit.
Confiteanī domino misericordie eius: ꝛ mirabilia eius filijs hoīm.
Quia cōtriuit portas ereas: ꝛ vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniq̄tatis eorum: ꝑpter iniustitias enim suas humiliati sunt.
Omnem escā abominata est anima eorum: et appropinquauerunt vsq₃ ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominum cū tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.
Misit verbum suū et sanauit eos: et eripuit eos de interitionib⁹ eoꝝ.
Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Et sacrificēt sacrificium laudis: et annūcient opa ei⁹ in exultatiōe.
Qui descendunt mare in nauib⁹: facientes opationē in aq̄s multis.
Ipsi viderunt opera domini: ꝛ mirabilia eius in profundo.
Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius.
Ascendunt vsq₃ ad celos et descēdūt vsq₃ ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt ꝛ moti sūt sicut ebri

us: & ois sapiẽtia eo℞ deuorata est.
Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portũ volũtatis eorũ.
Confiteantur domino misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hoim.
Et exaltẽt eum in ecclesia plebis: in cathedra seniorum laudẽt eum.
Posuit flumina i desertum: et exitus aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginem: a malitia inhabitantiũ in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esuriẽtes: & cõstituerũt ciuitatem habitationis.
Et seminauerunt agros et plantauerũt vineas: et fecerunt fructũ natiuitatis.
Et bñdixit eis & multiplicati sũt nimis: & iumẽta eo℞ nõ minorauit
Et pauci facti sunt & vexati sunt: a tribulatione malorum et dolore.
Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in inuio & non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
Videbunt recti & letabũtur: & omnis iniquitas opilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget misericordias domini?
Gloria patri. Añā. Visita nos domine in salutari tuo. Psalmus. cvij.
Paratum cor meũ deus paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea.
Exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos misericordia tua: et vsq₃ ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus/ et super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: de⁹ locutus est in sancto suo.
Exultabo et diuidã sichimam: et conuallẽ tabernaculorũ dimetiar.
Meus est galaad & me⁹ est manasses: & effraim susceptio capitꝫ mei.
Iuda rex meus: moab lebes spei mee.
In idumeam extendam calciamẽtum meum: michi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsq₃ in idumeam?
Nonne tu de⁹ qui repulisti nos: & nõ exibis de⁹ in virtutib⁹ nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Psalmus. cviij.
Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt aduersum me ligua dolosa: et sermonibus odij circundederunt me/ et expugnauerũt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebant michi: ego autem orabam.
Et posuerũt aduersum me mala ꝑ bonis: et odiũ ꝑ dilectione mea.

Cōstitue super eum peccatorem: et diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condemnatus: et oratio ei⁹ fiat in peccatum.
Fiant dies ei⁹ pauci: et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes transferantur filij eius et mendicent: et eijciantur de habitationibus suis.
Scrutet̄ fenerator oēm substātiā eius: ꝛ diripiāt alieni labores ei⁹.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati ei⁹ in interitum: in generatione vna deleat̄ nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: ꝛ peccatū matris eius non deleat̄.
Fiant contra dominum semper: et dispereat de terra memoria eoꝝ/ pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam.
Et persecutus est hoiem inopem et mendicum: et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum: et intrauit sicut aqua in interiora eius/ et sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimētum quo operitur: et sicut zona qua semper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahūt michi apud dominū: ꝛ qui loquuntur mala aduersus animam meam.
Et tu dn̄e fac mecū ꝑpter nomen tuum: quia suauis est mia tua.
Libera me quia egen⁹ et pauper ego sum: et cor meum conturbatū est intra me.
Sicut vmbra cū declinat ablat⁹ sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est ꝑpter oleum.
Et ego fact⁹ sū opprobriū illis: viderūt me ꝛ mouerūt capita sua.
Adiuua me dn̄e de⁹ meus: saluū me fac secūdū misericordiā tuam.
Et scient quia manus tua hec: et tu domine fecisti eam.
Maledicent illi ꝛ tu benedices: qui insurgunt in me confundātur/ seruus autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahunt michi pudore: et operiantur sicut diploide confusione sua.
Cōfitebor dn̄o nimis in ore meo: et in medio multorū laudabo eum.
Qui astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequentib⁹ animam meam.
Gloria patri. Añ. Confitebor dn̄o nimis in ore meo. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meā.
Ante laud. ℣. Fiat mia. ¶ In lau. ℣. Benigne fac in bona volūtate tua domine.
Ps. Miserere mei. Psalmus. xci.
Bonum est cōfiteri domino: ꝛ psallere noī tuo altissime.
Ad annunciandum mane miam tuam: et veritatē tuā per noctem.
In decachordo psalterio: cum cātico in cithara.
Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo.
Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue.

Vir insipiẽs nõ cognoscet: & stultus non intelliget hec.
Cum exorti fuerit peccatores sicut fenum: & apparuerint omẽs qui operantur iniquitatem.
Ut intereãt in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum dñe.
Quoniam ecce inimici tui domine / quoniam ecce inimici tui peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.
Et exaltabit sicut unicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia uberi.
Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgentibus in me malignãtibus audiet auris mea.
Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.
Plantati in domo dñi: in atrijs domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: et bene patientes erunt ut annuncient.
Quoniam rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo.
Aña. Bonum est confiteri domino. Aña. Metuant dominum omnes fines terre. ps. Deus deus. Canticum moysi.

Deut. xxxij. Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei.
Concrescat ut pluuia doctrina mea: fluat ut ros eloquium meum.
Quasi imber sup herbam et quasi stille super gramina: quia nomẽ domini inuocabo.
Date magnificentiam deo nr̃o: dei perfectã sunt opera / et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis et absq; ulla iniquitate iustus et rectus: peccauerunt ei et non filij eius in sordibus.
Generatio praua atq; peruersa: heccine reddis domino popule stulte et insipiens.
Nunquid non ipse est pater tuus: qui possedit te et fecit et creauit te.
Memẽto dierum antiquorum: cogita cogitationes singulas.
Interroga patrem tuum & annunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi.
Quãdo diuidebat altissimus gẽtes: quãdo separabat filios adam.
Cõstituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum israel.
Pars autem dñi populus eius: iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis.
Circũduxit eum & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aqla prouocãs ad volãdũ pullos suos: & super eos volitans.
Expãdit alas suas et assumpsit eos: atq; portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: et non erat cum eo deus alienus.
Cõstituit eum super excelsam terram: ut comederet fruct⁹ agrorũ.
Ut sugeret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo.
Butyrum de armẽto et lac de ouibus: cum adipe agnorum et arietum filiorum basan.
Et hircos cũ medulla tritici: & sãguinẽ uue biberẽt meracissimum.
Incrassat⁹ est dilect⁹ & recalcitrauit: incrassat⁹ ipinguat⁹ dilatat⁹.
Dereliquit deum factorem suũ: et recessit a deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in dijs alienis: et in abominatiõibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt demonijs et non deo: dijs quos ignorabant.
Noui recentesq; venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es domini creatoris tui.
Vidit dominus et ad iracūdiam concitatus est: quia prouocauerūt eum filij sui et filie.
Et ait abscōdam faciem meā ab eis: & considerabo nouissima eorū.
Generatio eñi peruersa est: et infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui nō erat deus: et irritauerūt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos in eo q̄ nō est populus: et in gente stulta irritabo illos.
Ignis succēsus est in furore meo: & ardebit vsq; ad īferni nouissima.
Deuorabitq; terrā cum germine suo: & montiū fundamēta cōburet.
Congregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis.
Consumētur fame: et deuorabūt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentium super terram atq; serpentium.
Foris vastabit eos gladius: & intus pauor.
Iuuenem simul ac virginem: lactentem cum homine sene.
Et dixi vbinam sunt: cessare faciam ex hoibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorū distuli: ne forte superbirent hostes eorum.
Et dicerent man⁹ nostra excelsa: et non dominus fecit hec omnia.
Gens absq; consilio est & sine prudentia: vtinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequbatur vn⁹ mille: et duo fugarent decem milia.
Nonne ideo quia deus suus vendidit eos: et dñs conclusit illos.
Non eñi est deus noster vt dij eorum: et inimici nostri sunt iudices.
De vinea sodomorum vinea eorum: et de suburbanis gomorre.
Vua eorꝝ vua fellis: et botri amarissimi.
Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apd̄ me: et signata in thesauris meis.
Mea est vltio et ego retribuam in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: et adesse festinant tempora.
Iudicabit dominus populum suum: et in seruis suis miserebitur.
Videbit q̄ infirmata sit manus eius: & clausi quoq; defecerunt/residuiq; consumpti sunt.
Et dicent/vbi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis comedebāt adipes: et bibebant vinum libaminum.
Surgant et opitulentur vobis: et in necessitate vos protegant.
Videte q̄ ego sim solus: et nō sit alius deus preter me.
Ego occidam & ego viuere faciā/percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manum meā: et dicam viuo ego in eternum.
Si acuero vt fulgur gladiū meū: et arripuerit iudiciū manus mee.
Reddam vltiōem hostibus meis:

et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sāgui ne: ⁊ gladi⁹ me⁹ devorabit carnes.
De cruore occisorum: ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capitis.
Laudate gētes populū ei⁹: quia sanguinē seruorū suor̄ vlciscetur.
Et vīdictā retribuet ī hostes eor̄: ⁊ ppiti⁹ erit ťre ppli sui. Gl'ia. ān. Et i seruis suis dñs miserebit̄. ā. In cymbalis bñ sonātib⁹ laudate dñm. ps. Laud. cap. Vigilate. Seq̄ns hy⁹ dr̄ solū ad lau. in sab. primo añ do. i. xl. q̄n in pdic. sab. de fer. agitur. Hymn⁹.
Aurora iam spargit polum/ terris dies illabit̄: lucis resultat spiculū/ discedat oē lubricū.
Fantasma noctis decidat/ mētis reatus subruat: quicquid tenebris horridum nox attulit culpe cadat.
Ut mane illō vltimū qđ prestolamur cernui: ī lucē nobis effluat dū hoc canore cōcrepat. Deo pa. Per estatē. hy⁹. Ecce iā. ꝟ. In matutinis. ān. In viā pacis dirige nos dñe. ps. Bñdictus. preces ⁊c. vts. or̄ vt decet.
Dñicis diebus ad vespe. ps. cix.



Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis.
Donec ponā inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.
Uirgam v̄tutis tue emittet dñs ex siō: dñare ī medio iīmicor̄ tuor̄.
Tecū principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dominus ⁊ nō penitebit eum: tu es sacerdos in eternū secū dum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
De torrēte in via bibit: propterea exaltabit caput. Gl'ia. ā. Sede a dextris meis: dixit dñs domino meo. ps. cx.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione.
Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio ⁊ magnificentia opus ei⁹: et iustitia ei⁹ manet ī sc̄lm sc̄li.
Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dñs: escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti sui: virtutē operum suorum annunciabit populo suo.
Ut det illis hereditatē gentium opera manuū ei⁹ v̄itas et iudiciū.
Fidelia omnia mandata eius cōfirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate.
Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum.
Sanctum et terribile nomē eius: initium sapientie timor domini.
Intellectus bon⁹ omnibus faciētibus eū: laudatio ei⁹ manet in se-

culum seculi. Gloria. An. Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi. Ps. cxi.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria et divitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus.
Iocundus homo qui miseretur et commodat/disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum non commovebitur.
In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius: non commovebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus/iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascetur/dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. An. In mandatis eius volet nimis. Ps. cxii.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat. An. Sit nomen domini benedictum in secula. Psalmus. cxiii.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.
Mare vidit et fugit: iordanis conversus est retrorsum.
Montes exultaverunt ut arietes: et colles sicut agni ovium.
Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia conversus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ovium.
A facie domini mota est terra: a facie dei iacob.
Qui convertit petram in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes/ubi est deus eorum.
Deus autem noster in celo: omnia quecunque voluit fecit.
Simulachra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.
Manus habent et non palpabunt/pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel speravit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.

Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis.
Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.
Adijciat dominus super vos: super vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et usque in seculum.
Gloria patri. an. Nos qui viuimus benedicimus domino. Capitulum.

ij.Cor. ca.iij. Dominus autem dirigat corda et corpora nostra: in charitate dei et patientia christi. Hoc capitulum dicitur ad vesperas in omnibus do. et fer. a Domine ne in ira. usque ad .lxx. et a Deus omnium. usque ad aduentum domini quandocunque de temporali agitur. Dicitur etiam in fer. a .lxx. usque ad .xl. quando de feria agitur. Et similiter sequens hymnus dicitur ad vesp. in omnibus do. a Domine ne in ira. usque ad .xl. Et a Deus omnium. usque ad aduentum. tam in do. diebus quam in fer. quando de temporali agitur. Hymnus.

Lucis creator optime/lucem dierum proferens: primordijs lucis noue/mundi parans originem.
Qui mane iunctum vesperi diem vocari precipis: tetrum chaos illabitur/audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine/vite sit exul munere: dum nil perenne cogitat/seseque culpis illigat.
Celorum pulset intimum/vitale tollat premium: vitemus omne noxium purgemus omne pessimum.
Presta pater piissime/patrique compar vnice: cum spiritu paraclito/regnans per omne seculum. Amen. Al. usque ad puri. vr. Gloria tibi domine qui na. V. Dirigatur domine ad te oratio mea. R. Sicut incensum in conspectu tuo. Iste V. dicitur ad vesperas in omnibus do. diebus et fer. a Domine ne in ira. usque ad .xl. et a Deus omnium. usque ad aduentum quando de temporali agitur. Fer.ij. ad vs. Psal.cxiiij.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurem suam michi: et in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte/oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.
Placebo domino: in regione viuorum.
Gloria patri et filio. an. Inclinauit dominus aurem suam michi. Psalmus.cxv.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro omni-

bus que retribuit michi.
Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui hierusalem.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. an. Credidi propter quod locutus sum. ps. cxvi.
Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Gloria patri. an. Laudate dominum omnes gentes. ps. cxix.
Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fui anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria patri. an. Clamaui et exaudiuit me. Psalmus. cxx.
Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsque in seculum.
Gloria. an. Auxilium meum a domino. cpm. Psalmus autem di. In domine ne in ira. vsque ad xl. quando de tertia fer. agitur: tunc ad ves. ferie. iij. dicitur sequens Hymnus.
Immense celi conditor / qui mixta ne confunderent: aque flueta diuidens / celum dedisti limitem.
Firmans locum celestibus / simulque terre riuulis: vt vnda flammas temperet / terre solum ne dissipent.
Infunde nunc piissime / donum perennis gratie: fraudis noue ne casibus / nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat / sic luminis iubar ferat: hec vana cuncta terreat / hanc falsa nulla comprimant.
Presta pater piissime. V. Dirigatur domine. Per estatem hymnus. Lucis creator. V. Dirigatur domine oratio. an. Magnificet te semper anima mea deus meus. ps. Magnificat. Preces vt supra. Oratio vt decet. Memoria de sancta maria. etc. Memoria vt supra ad matutinas in secunda feria.
Feria. iiij. ad vesperas. ps. cxxi.
Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes no

stri: in atrijs tuis hierusalem.
Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium israel ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri: quesiui bona tibi.
Gloria patri et fi. Sicut erat. an. In domum domini letantes ibimus. ps. cxxij.
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum:
Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus: et despectio superbis.
Gloria patri et fi. Sicut erat. an. Qui habitas in celis miserere nobis. ps. cxxiij.
Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos in captione: dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum et terram.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat. an. Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus. cxxiiij.
Qui confidunt in domino sicut mons sion: non commouebitur in eternum/qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsque in seculum.
Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel.
Gloria patri. an. Benefac domine bonis et rectis corde. Psalmus. cxxv.
In conuertendo dominus captiuitatem sion: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.
Venientes autē venient cū exultatiōe: portātes manipulos suos.
Gloria pri. Sicut erat in prin. an. Facti sumus sicut consolati. capm. Dn̄s autē. R Dn̄e ne in ira. vsq; ad xl. hy9.
Telluris ingēs cōditor / mūdi solū qui eruens: pulsis aque molestijs / trā dedisti imobilē.
Ut germē aptum proferens / fulvis decora floribus: fecūda fructu sisteret / pastūq; gratum redderet.
Mentis peruste vulnera / munda virōris gratia: vt facta fletu diluat / motusq; prauos atterat.
Iussis tuis obtēperet / nullis malis approximet / bonis repleti gaudeat / et mortis actū nesciat. Presta pr. V. Dirigat' do. Per estatē. hy9. Lucis creator. V9. Dirigat'. an. Exultauit spūs me9 i dn̄o deo salutari meo. ps. Mag. Preces 7c. vts. Or. vt dec. ¶ Fer. iiij. ad vesperas. Psalmus. cxxvj.



Nisi dn̄s edificauerit domū: in vanū laborauerūt q̄ edificāt eā.
Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.
Uanum est vobis ante lucem surgere: surgite postq̄ sederitis q̄ mā ducatis panem doloris.
Cum dederit dilect3 suis sōnum: ecce hereditas domini filij / merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.
Btūs vir qui impleuit desideriū suū ex ipsis: nō cōfundet' cū loquet' inimicis suis i porta. Gl'ia. an. Beatus vir q̄ ipleuit desideriū suū. ps. cxxvij.

Beati om̄es qui timent dn̄m qui ambulant in vijs eius.
Labores manuū tuarum q2 mā ducabis: beat9 es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex sion: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorū: pacem super israel.
Gloria pri. Sicut erat in prin. an. Beati oēs q̄ timēt dominū. ps. cxxviij.
Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc israel.
Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: eteni nō potuerūt michi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iust9 concidet ceruices peccatorū: cōfundantur et cōuertātur retrorsum oēs qui oderūt sion.
Fiāt sicut fenum tectorum: quod priusq̄ euellatur exaruit.
De quo nō impleuit manum suā qui metet: et signum suum qui manipulos colliget.
Et nō dixerūt qui preteribāt benedictio domini super vos: benediximus vobis in noīe dn̄i. an. Benediximus vobis in noīe dn̄i. Psalm9. cxxix.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris do-

mine: domine quis sustinebit.
Quia apud te ppitiatio est: & propter legem tuã sustinui te domine.
Sustinuit aïa mea in verbo eius: speravit anima mea in domino.
A custodia matutina usq ad noctem: speret israel in domino.
Quia apd dominũ misericordia: et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnib9 iniquitatibus ei9. ãn. De profundis clamavi ad te domine. Psalmus. cxxx.
Domine non est exaltatum cor meum: neq elati sunt oculi mei.
Neq ambulavi in magnis: neq in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltavi animam meam.
Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Speret israel in dño: ex hoc nunc et usq in seculum. ãn. Speret israel i domino. cap. Dominus autem di. R Domine ne in ira. usq ad. xl. Hymn9.
Celi deus sanctissime / qui lucidum centrum poli: candore pingis igneo / augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam solis rotã constituens: lune ministrans ordini / vagos recursus syderum.
Ut noctibus vel lumini / direptionis terminum: primordijs et mensium signum daret notissimum.
Illumina cor hominum: absterge sordes mentium: resolue culpe vinculum: everte moles criminũ.
Presta pater pijssime / patriq cõpar unice. V. R9. Dirigatur domine. Per estatẽ hy9. Lucis creator optime. V. Dirigatur. ãn Respexisti humilitatem meam domine deus me9. ps. Magnificat. Preces ut supra. ¶ Fer. quinta ad vespe. Psalmus. cxxxi.
Memento domine david: & omnis mansuetudinis eius.
Sicut iuravit dño: votũ vovit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis donec inveniam locum domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audivimus eam in effrata: invenimus eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem tuam: tu et arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iustitiam: et sancti tui exultent.
Propter david servum tuum: nõ auertas faciem christi tui.
Iuravit dominus david veritatẽ et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam sup sedẽ tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorum usq in seculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniã elegit dominus sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eã.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Gloria patri. Sicut erat. An. Et omnis mansuetudinis eius. Psal. cxxxij.

Ecce quam bonum et quam iocundum: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam: barbam aaron.
Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.
Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: et vitam vsque in seculum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut. An. Ecce quam bonum et quam iocundum.
Non dicitur ad ves. iste ps. cxxxiij.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex sion: qui fecit celum et terram. Psalmus. cxxxiiij.

Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
Laudate dominum quoniam bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui quod magnus est dominus: et deus noster pre omnibus dijs.
Omnia quecunque voluit dominus fecit: in celo et in terra in mari et in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti ab homine vsque ad pecus.
Et misit signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorum et og regem basan: et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo.
Domine nomen tuum in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit dominus populum suum: et in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite dominum: domus aaron benedicite dominum.
Domus leui benedicite dominum: qui timetis dominum benedicite dominum.
Benedictus dominus ex sion: qui habitat in hierusalem.
Gloria patri. Sicut erat in prin. An. Omnia quecunque voluit dominus fecit. Ps. cxxxv.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Confitemini: deo deorum.
Confitemini: domino dominorum.
Qui facit: mirabilia magna solus.

Qui fecit celos: in intellectu.
Qui firmauit terrā: sup aquas.
Qui fecit: luminaria magna.
Solem: in potestatem diei.
Lunā & stellas: i potestatē noctis.
Qui percussit egyptum: cum primogenitis eorum.
Qui eduxit israel: de medio eorū.
In manu potēti: & brachio excelso
Qui diuisit mare rubrum: in diuisiones.
Et eduxit israel: per medium ei⁹.
Et excussit pharaonem et virtutem eius: in mari rubro.
Qui traduxit populum suū: per desertum.
Qui percussit: reges magnos.
Et occidit: reges fortes.
Seon regem amorreorum.
Et og: regem basan.
Et dedit terram eorū: hereditatē.
Hereditatem israel: seruo suo.
Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab īimicis nrīs.
Qui dat escam: omni carni.
Confitemini: deo celi.
Confitemini domino dominorū: quoniam in eternum mīa eius.
Gloria pr̄i et filio: et sp̄ui sancto.
Sicut erat. Añ. Quoniam in eternum misericordia eius. Psalmus. cxxxvi.

Super flumina babylonis illic sedimus et fleuim⁹: dum recordaremur tui sion.
In salicibus in medio ei⁹: suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos: qui captiuos duxerunt nos verba cantionum.
Et qui abduxerūt nos: hymnum cantate nobis de canticis sion.
Quomodo cantabimus canticū domini: in terra aliena?
Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si non proposuero tui hierusalē: in principio letitie mee.
Memor esto domine filiorū edom: in die hierusalem.
Qui dicunt exinanite exinanite: vsq₃ ad fundamentum in ea.
Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram.
Gloria patri. Sicut erat in. Añ. Hymnū cantate nobis de canticis sion. cap. Dominus autem dirigat. ℟ Domine ne in ira. vsq₃ ad. xl. Hymnus.

Magne deus potentie/ qui ex aquis ortū gen⁹ partim remittis gurgiti/ ptim leuas i aera.
Demersa lymphis imprimēs/ subuecta celis irrigans: vt stirpe vna prodita/ diuersa rapiant loca.
Largire cunctis seruulis/ quos mundat vnda sanguinis: nescire lapsus criminum/ nec ferre mortis tedium.
Ut culpa nullū deprimat/ nullū leuet iactantia: elisa mens ne concidat/ elata mens ne corruat.
Presta pater piissime: prīq₃ cōpar vnice. &c. Vsus. Dirigatur. Per estatem. hymn⁹. Lucis creator. Vsus. Dirigatur domine. Añ. Deposuit potentes sanctos persequentes: et exaltauit humiles christum confitentes. ps. Magnificat. Preces & cetera vt s. Et meo. ferie vt in secūda feria ad matutinas ptz.

Feria. vi. Ad vespe. Ps. cxxxvii.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacumque die invocavero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis domini: quoniam magna est gloria domini.
Quoniam excelsus dns et humilia respicit: et alta a longe cognoscit.
Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam/et salvum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.
Gloria patri et filio: et spui sancto.
Sicut erat. An. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Ps. cxxxviii.

Domine probasti me et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam et funiculum meum investigasti.
Et omnes vias meas previdisti: quia non est sermo in lingua mea.
Ecce dne tu cognovisti oia novissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuam.
Mirabilis facta est sciētia tua ex me: et confortata est et nō potero ad eā.
Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam?
Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades.
Si sumpsero pēnas meas diluculo: et habitavero ī extremis maris.
Etenim illic manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua.
Et dixi/forsitan tenebre conculcabunt me: et nox illuminatio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabūtur a te/et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumē eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris mee.
Confitebor tibi qz terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua et anima mea cognoscet nimis.
Nō est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substātia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meū viderūt oculi tui/et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eis.
Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos et super arenā multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum.
Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate civitates suas.
Nonne qui oderūt te domine oderā: et sup inimicos tuos tabescebā?
Perfecto odio oderā illos: inimi-

ci facti sunt michi
Proba me deus et scito cor meū: interroga me et cognosce semitas meas.
Et vide si via iniquitatis i me est: et deduc me in via eterna. aña. Dñe probasti me et cognouisti me. ps. cxxxix.
Eripe me domie ab hoīe malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebāt prelia.
Acuerunt linguam suā sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.
Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hoīb⁹ iniqs eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi.
Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scādalū posuerūt michi.
Dixi dño deus me⁹ es tu: exaudi domine vocem deprecationis mee.
Domine domine virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli.
Nō tradas me domie a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me/ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadēt sup eos carbones i ignem deijcies eos: i miserijs nō subsistēt.
Vir linguos⁹ nō dirigek in terra: virū iniustū mala capiēt i interitu.
Cognoui quia faciet domin⁹ iudicium inopis: et vidictā pauperū.
Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: ⁊ habitabūt recti cum vultu tuo.
Gloria patri et filio. aña. A viro iniquo libera me domine. Psalmus. cxl.
Domie clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū.
Pone domine custodiam ori meo: et ostium circunstātie labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitie: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantib⁹ iniquitatem: et non communicabo cū electis eorum.
Corripiet me iustus in mīa et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.
Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum/quia ad te domie domine oculi mei: in te speraui non auferas animam emam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: ⁊ a scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.
Gloria patri ⁊ filio. an. Domine clamaui ad te exaudi me. Psalmus. cxli.
Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominū deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationem meā ante ipsum pronuncio.

In deficiendo ex me spiritū meū: et tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabā: abscō derunt laqueum michi.
Considerabam ad dexteram & vi debā: et non erat q̄ cognosceret me.
Periit fuga a me: et non est qui re quirat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: portio mea ī t̄ra viuētiū.
Intende ad deprecationē meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitēdum nomini tuo: me ex pectāt iusti donec retribuas michi.
Gloria patri. Sicut erat in. aña. Portio mea domine sit in terra viuentium.
Cpm. Domin⁹ autem dirigat. Se quēs hy⁹ vz solum ad ves. feria. vi. proxima ante do. i. xl. qñ in predic. feria. vi. agitur de feria. Hymnus.
Plasmator hominis deus / qui cuncta solus ordinans: humum iubes producere reptan tis et fere genus.
Qui magna rerū corpora / dictu iubentis viuida: vt seruiant per or dinem / subdens dedisti homini.
Repelle a seruis tuis / quicq̄d per immunditiam: aut morib⁹ se sug gerit / aut actibus se interserit.
Da gaudiorum premia / da gra tiarum munera: dissolue litis vin cula / astringe pacis federa.
Presta pater. ℣. Dirigatur. Per esta tem hy⁹. Lucis creator. ℣⁹. Dirigatur. añ. Suscepit deus israel puer suū sicut locut⁹ est abraham et semini eius: exaltauit humiles vsq in sclm. ps. Magnificat.
Preces &c. vtš. ij. fer. ad mat. Nō vz ad ves. iste ps. cxliij. Dñe exaudi orationē meā auribus percipe. &c.
¶ Sabbato ad vesperas. ps. cxliiij.



Benedict⁹ dominus deus meus q̄ docet man⁹ meas ad pre lium: & digitos me os ad bellum.
Mia mea et refu gium meum: susce ptor meus et liberator meus.
Protector meus & in ipo speraui: qui subdit populum meū sub me.
Dñe quid est homo quia innotui sti ei: aut fili⁹ hois q2 reputas eū.
Homo vanitati similis fact⁹ est: dies eius sicut vmbra pretereunt.
Domine inclina celos tuos & de scende: tāge mōtes et fumigabūt.
Fulgura coruscationem et dissi pabis eos: emitte sagittas tuas et conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto / eri pe me & libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum.
Quorū os locutū est vanitatē: et dextera eorum dextera iniq̄tatis.
Deus canticū nouū cantabo tibi: in psalterio decachordo psallā tibi.
Qui das salutem regibus: qui re demisti dauid seruū tuum / de gla dio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorū alie norum / quorum os locutum est va nitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij sicut nouelle plan tationes: in iuuentute sua.
Filie eorum cōposite: circumorna te vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eru ctantia ex hoc in illud.

Oues eorum fetose abũdantes in egressibus suis: boues eorũ crasse.
Non est ruina macerie neq̃ trãsitus neq̃ clamor: in plateis eorũ.
Beatũ dixerunt populum cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.
Gloria patri et fi. Sicut erat. an̄. Benedict⁹ dn̄s de⁹ me⁹. Psalm⁹. cxliiij.

Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicam nomini tuo in seculum / et in seculum seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum in seculum / et in seculum seculi.
Magn⁹ dn̄s et laudabilis nimis: et magnitudinis eius nõ est finis.
Generatio et gn̄atio laudabit opera tua: ⁊ potẽtiã tuã pronũciabũt.
Magnificẽtiã glie sctitatis tue loquẽtur: ⁊ mirabilia tua narrabũt.
Et virtutẽ terribiliũ tuorũ dicẽt: et magnitudinem tuã narrabunt.
Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator et misericors dn̄s: patiens et multum misericors.
Suauis dn̄s vniuersis: ⁊ miserationes eius super oīa opera eius.
Confiteantur tibi dn̄e om̄ia opera tua: ⁊ sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: et potẽtiam tuam loquentur.
Ut notam faciant filijs hominũ potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum omnium seculorũ: et dominatio tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dn̄s in oīb⁹ verbis suis: et sanct⁹ in omnibus operib⁹ suis.
Alleuat dominus omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos.
Oculi omniũ in te sperant dn̄e: et tu das escã illorũ i tp̄e opportuno.
Aperis tu manum tuã: et imples omne animal benedictione.
Iustus dominus in omnib⁹ vijs suis: et sctũs in oīb⁹ operib⁹ suis.
Prope est dominus omnibus inuocantibus eũ: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Uoluntatem timentiũ se faciet / ⁊ deprecationem eorum exaudiet: et saluos faciet eos.
Custodit dominus om̄es diligentes se: et oēs peccatores disperdet.
Laudationẽ domini loquetur os meũ / et benedicat oīs caro nomini sctõ eius in seculũ: ⁊ in sec̄l'm seculi.
Gloria patri. Sicut erat. aña. In eternum et in seculum seculi. ps. cxlv.

Lauda anima mea dominũ / laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo q̃diu fuero.
Nolite cõfidere in principibus: in filijs hoīm in quibus nõ est salus.
Exibit spiritus eius ⁊ reuertetur in terram suam: in illa die peribũt omnes cogitationes eorum.
Beatus cui⁹ deus iacob adiutor eius / spes eius in domino deo ipsi⁹ qui fecit celum et terram: mare et omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatem in seculũ: facit iudicium iniuriam patientibus / dat escam esurientibus.
Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas / pupillũ et viduã suscipiet: ⁊ vias per-

catorum disperdet.
Regnabit dominus in secula deus tuus sion: in gñatione et gñationē.
Gloria patri. Sicut erat in. aña. Laudabo deū meū in vita mea. ps. cxlvi.
Laudate dominum qm̄ bonus est: psalmus deo nostro sit/ iocunda decoraq̧ laudatio.
Edificans hierusalē dñs: dispersiones israelis congregabit.
Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinē stellarum: et omnibus eis nomina vocat.
Magnus dñs noster et magna virtus eius: et sapiētie eius nō est nūerus.
Suscipiens mansuetos dominus: hūiliās aūt pctōres vsq̧ ad terrā.
Precinite domino in confessione: psallite deo nostro in cithara.
Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiam.
Qui producit in montibus fenū: et herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorū: et pullis coruorū inuocātibus eū.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri bene placitum erit ei.
Beneplacitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperāt super misericordia eius.
Gloria patri et filio: et spūi sācto.
Sicut erat in principio. aña. Deo nrō iocunda sit laudatio. Psal. cxlvij.
Lauda hierusalem dominū: lauda deum tuum sion.
Quoniā confortauit seras portarū tuarū: benedixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquiū suū terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut bucellas: ante faciem frigoris eius q̄s sustinebit.
Emittet verbū suū ⁊ liq̄faciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque.
Qui annunciat verbū suū iacob: iustitias et iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis.
Gloria patri. Sicut erat in prin. āā. Lauda hierusalem dominū. Capm.
Benedictus deus et pater domini nostri iesu xpi: pater misericordiarū et deus totius consolationis: qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra. Deo gratias. ij. cor. i.
Hoc cp. dr̄ in sabba. ad ves. a Dñe ne in ira. vsq̧ ad. lxx. ⁊ a Deus om. vsq̧ ad aduen. do. qn̄ de do. agit. Hic sequēs hy. dr̄ ad ves. in sab. a Dñe ne in ira. vsq̧ ad. xl. qn̄ de do. agit. Hy.
Deus creator omnium/ poliq̧ rector: vestiēs diem decoro lumine/ noctē soporis gratia.
Artus solutos vt quies reddat laboris vsui: mentesq̧ fessas alleuet luctusq̧ soluat anxios.
Grates peracto iam die/ ⁊ noctis exortu preces: votis reos vt adiuues/ hymnum canentes soluimus.
Te cordis ima concinant/ te vox canora concrepet: te diligat castus amor/ te mens adoret sobria.
Ut cum profunda clauserit diem caligo noctium: fides tenebras nesciat/ et nox fidei luceat.
Dormire mentem ne sinas/ dormire culpa nouerit: castos fides refrigerās/ somni vaporē temperet.

Exuta sensu lubrico/te cordis alta somnient: ne hostis inuidi dolo pauor quietos suscitet.
Christum rogem⁹ & patrē: christi patrisq₃ spm̄: vnū potens per omnia/foue precātes trinitas. Amen.
V. Vespertina oratio ascēdat ad te domine.
R. Et descēdat sup nos misericordia tua.
Seqns hy⁹ dr in sabbatis ad vesp. a Oetas omniū. vsq₃ ad aduentū quando de dominica agitur. Hymnus.
O Lux beata trinitas/et principalis vnitas: iā sol recedit igneus/infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine/te deprecemur vesperi: te nostra supplex gloria/per cuncta laudet secula.
Deo pr̄i sit gloria eiusq₃ soli filio: cum spū paraclito/& nunc et ī perpetuum. Amen. V⁹. Vespertina oratio ascendat ad te dn̄e. Et dr āñ. Vt decet.
Luc. i. Magnificat aīa mea dominū. Et exultauit spirit⁹ meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locut⁹ est ad patres nr̄os: abraham et semini eius in secula.
Gloria patri et filio. Sicut erat.



Ad completoriū dicto Pater noster. et Aue ma. Incipiat sacerdos
Cōuerte nos de⁹. R. Et auerte.
De⁹ in adiu. Dn̄e ad adiu. f. iiij.
Cum inuocarē exaudiuit me de⁹ iustitie mee: in tribulatiōe dilatasti michi. Cōpl. primū
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filij hominū vsq₃quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendacium.
Et scitote quoniā mirificauit dominus sanctum suū: domin⁹ exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini & nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: & in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie & sperate in domino: multi dicūt/q̄s ostendit nobis bona.
Signatū est sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e: dedisti letitiā in corde meo.
A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.

In pace i id ipz: dormiã & reqescã.
Qm tu domine singulariter i spe: constituisti me. Gloria. ps. xxx.

In te dñe speraui nõ ꝯfundar i eternũ: i iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto michi in deũ protectorẽ & in domũ refugij: vt saluũ me facias.
Quoniã fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quẽ absconderũt michi: qm̃ tu es ꝓtector me⁹.
In manus tuas commendo spm̃ meum: redemisti me dñe deus veritatis. Gloria patri. Psalmus. xc.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.
Dicet domino susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus sperabo in eum.
Qm̃ ipse liberauit me de laqō venantium: et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circundabit te veritas ei⁹: non timebis a timore nocturno.
A sagitta volãte in die a negocio perambulãte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano.
Cadẽt a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit.
Veruntñ oculis tuis cõsiderabis: et retributionẽ pctõrum videbis.
Quoniam tu es dñe spes mea: altissimum posuisti refugiũ tuum.
Nõ accedet ad te malũ: & flagellũ nõ appropinqbit tabernaculo tuo.
Qm̃ angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te in oĩbus vijs tuis.
In manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum.
Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.
Quoniam in me sperauit liberabo eum: ꝓtegam eum quoniã cognouit nomen meum.
Clamauit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatiõe/ eripiam eum et glorificabo eum.
Longitudine dierũ replebo eũ: et ostẽdã illi salutare meũ. ps. cxxxiij.

Ecce nunc bñdicite dominũ: omnes serui domini.
Qui statis in domo dñi: in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite dñm.
Benedicat te domin⁹ ex syon: qui fecit celum et terrã. Gloria pa. ã.
Miserere mihi dñe: & exaudi orationẽ meã.
Hec predic. ã. dr sup hos ps̃ p to. aduẽ. et a crasti. oct. epi. vsqz ad. xl. et a do. in passi. vsqz ad cenã do. et a crasti. sancte trini. vsqz ad aduẽ. nisi in fest. & in oct. btẽ ma. et in festis reliquiarũ et oĩm sanctorũ. Cpm.

Tu in nobis es domine: & nomẽ sanctum tuũ inuocatũ est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster. Hoc cap. dr ad complet. per totũ annũ: nisi a cena dñi vsqz ad octa. pasche. Hymnus. Hier. xiiij.

Te lucis ante terminũ/ rerũ creator poscimus: vt solita clementia sis presul ad custodiam.
Procul recedãt somnia/ & noctiũ fantasmata: hostemqz nostrũ comprime/ ne polluantur corpora.
Presta pater oĩps: per iesum xp̃m

dominū: qui tecum in perpetuum regnat cum sancto spiritu. Amen. Vers. Custodi nos domine. Ut pupillam oculi sub umbra alarū tuarum ptege nos.

Canticum Simeonis.

Lu.ij. Nunc dimittis seruū tuū domine: scđm verbū tuū i pace.
Quia viderūt oculi mei: salutare tuū.
Quod parasti: ante faciem omnium populorum.
Lumen ad reuelationem gentiū: et gloriam plebis tue israel.
Gloria pa. ã. Ueni dñe visitare nos in pace: vt letemur coram te corde perfecto.
Kyrie ek. ɽc. Sequantur preces.
Hoc cōple. nō mutak in adue. nisi in fes. dupk. infra adue. ɔtingen. tūc ei mutak hy⁹ solūmō: ɽ dr hy⁹ Saluator. Et nisi i cō. b. ma. cū infra adue. cele. fue. tūc em ifine hy. dr Gloria tibi domine qui natus.
Cōpl. ij. In vigik. nati. dñi ad ɔpk. super pos. ãn. Estote parati similes hoibus expectantib⁹ dñm qñ reuertak a nuptijs. ps. Cum inuocarē. ɽ ceteri ṗi cōsueti. capm. Tu in nobis es. Hymnus.
Saluator mundi dñe qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos ptege / et salua omni tempore.
Adesto nunc ppitius / et parce supplicātibus: tu dele nostra crimina / tu tenebras illumina.
Ne mentē somnus opprimat / nec hostis nos surripiat: nec vllis caro (petimus) cōmaculetur sordibus.
Te reformator sensuū / votis precamur cordiū: vt puri castis mentibus surgamus a cubilibus.
vero et nobis et vobis salutaris in
dicitur obediẽtia mãdatorum. R.
Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus suis pla
2 cuit deo. Ideo iureiurando fecit illum dñs
crescere in plebem suam. V⁹ Benedictionẽ
oĩm gentiũ dedit illi: et testamentum suum
cõfirmauit sup caput ei⁹. Ideo. Lectõ. iij.

In his denuo mãdatis tanqz
ditissimis ferculis: sic celesti
um deliciarũ copia spũalis exube
rat: vt in verbo dei abundet qđ per
fectus comedat: abundet etiam qđ
paruulus sugat. Ibi est simul et
lacteus potus: quo tenera fidelium
nutriatur infantia: et solidus ci
b⁹ quo robusta perfectorum iuuen
tus spiritualia sancte virtutis ac
cipiat incrementa. R. Iurauit dñs et
non penitebit eum. Tu es sacerdos in eter
num. Secundum ordinem melchisedech. V.
Dixit dominus domino meo: sede a dextris
meis. Tu es. Gloria. Secundum. In ij.
noc. an. Inuocantem exaudiuit dñs sctũ
suũ: dñs exaudiuit eũ et cõstituit eũ in pace.
ps. Cũ inuo. an. Letentur omnes qui spe
rant in te dñe: qm̃ tu benedixisti iusto: scuto
bone voluñtatis tue coronasti eũ. ps. Ver
ba. an. Dñe dñs nr̃: qm̃ admirabile est nomẽ
tuum in vniuersa terra: qz gloria et honore
coronasti sctũ tuũ: et cõstituisti eũ sup opa
manuũ tuarũ. ps. Ipm. V. Iustũ de. L. iiij.

Ibi prorsus ad salutem con
sulitur vniuersis: quos dñs
saluare dignatur. Ibi est qđ om
ni etati congruat: ibi est quod omi
professiõi cõueniat. Ibi audiuim⁹
precepta que faciam⁹: ibi cognosci
mus premia que speram⁹. Ibi est
iussio que nos per litterã doceat et
instruat ad sciẽtiam: ibi promissio
que per gratiã trahat et perducat
ad gl'iam. R. Posui adiutoriũ sup pote 4
tem: et exaltaui electũ de plebe mea. Man⁹
ei mea auxiliabit ei. V. Inueni dauid seruũ
meũ oleo sctõ meo vnxi eũ. Man⁹. Lec. v.

Seruorum igitur quos populo
suo preposuit dñs specia
liter volẽs officiũ demõstrare: ait
quod in euãgelio sepe audiuimus.
Quis putas est fidelis dispẽsator
et prudẽs: quẽ constituit dominus
supra familiã suam: vt det illis in
tpe tritici mẽsurã? Btũs ille seru⁹
quẽ cũ venerit dñs/inuenerit sic fa
ciẽtẽ. R. Magnificauit eũ in cõspectu re 5

glo. Et dedit illi coronã glie. ℣. Statuit illi testamentum sempiternum. Et. Lectõ. vj.

QUis est iste domin⁹ fratres? Christ⁹ sine dubio: qui suis discipulis ait. Uos vocatis me magister et dñe: et bene dicitis. Sum etenim. Que est etiam huius domini familia? Nimirum illa est quã ipse domin⁹ de manu inimici redemit: & dominio suo mãcipauit. Hec aũt familia sancta est ecclesia: que per orbem terrarum copiosa fertilitate diffunditur: & redemptam se precioso xp̃i sanguine gloriat. ℟.
6 Sancte N. christi confessor/audi rogantes seruulos. Et impetratam celitus Tu defer indulgentiam. ℣. O sancte N. sydus aureum dñi gratia: seruorum gemitus solita suscipe clementia. Et. Gl'ia. Tu. ¶ In. iij. noc. ãn. Dñe iste sctũs habitabit i tabernaculo tuo: operat⁹ est iustitiã: requiescet in monte sctõ tuo. ps. Dñe qs ha. ãn. Uitã petijt a te et tribuisti ei dñe: gloriã & magnũ decorẽ imposuisti super eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide p̃cioso. ps. Dñe in vir. ãn. Hic accipiet benedictionẽ a dño et miam a deo salutari suo: q2 hec est gñatio querentiũ dñm. psal. Dñi est terra. ℣. Iust⁹ vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus.

Secundum Matheum.

Cap. xxv. B IN il. t. Di. ie. dis. su. parabolã hãc. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: & tradidit illis bona sua. Et reliq̃. Omelia beati grego. pa. Lectõ. vij. LEctio scti euangelij fratres kmi sollicite cõsiderare nos ammonet: ne nos q̃ plus ceteris in hoc mũdo accepisse aliquid cernimur: ab auctore mũdi grauius inde iudicemur. Cũ eni augẽtur dona: ratiões etiã crescũt donor. Tãto igitur esse humilior/atq3 ad seruiendũ deo promptior quisq3 debet esse ex munere: q̃to se obligatiorem esse cõspicit in reddenda ratione. ℟. Iste est qui ante deum magnas virtutes operatus est: et omnis terra doctrina eius repleta est. Ipse intercedat pro peccatis oim populorũ. ℣. 7
Iste est q̃ contempsit vitã mũdi: et peruenit ad celestia regna. Ipse interce. Lectõ. viij.

ECce homo q̃ peregre pficiscitur seruos suos vocat: eisq3 ad negociũ talenta partitur. Post multum vero tp̃is positurus rationem reuertitur: bene operãtes pro apportato lucro remunerat: seruũ vero a bono opere torpentem damnat. Quis itaq3 iste homo est q̃ peregre proficiscitur: nisi redẽptor noster qui in ea carne quam assumpserat abijt in celum? ℟. Iste homo ab 8
adolescẽtia sua partim meruit infirmos curare. Dedit illi dñs claritatem magnã cecos illuminare: & demones effugare. ℣. Ecce homo sine querela: verus dei cultor: abstinens se ab omni ope malo: & permanens in innocentia sua. Dedit illi dñs. Lectio nona.

CArnis eni locus propri⁹ terra est: q̃ quasi ad pegrinãdũ ducitur/dũ per redemptorẽ nostrũ in celo collocatur. Sed hõ iste peregre pficiscẽs seruis suis bona sua tradidit: quia fidelibus suis spũalia bona cõcessit. Et vni dedit q̃nq3 talẽta: alij aũt duo: alij vero vnũ. Quinq3 eni sunt corpis sensus: videlicet visus/auditus/gust⁹/odoratus/& tactus. Quinq3 igit talẽtis/donũ q̃nq3 sensuũ (id est exteriorũ sciẽtia) exprimitur. Duobus vero: intellect⁹ et opatio designat. Unius autem talenti nomine: tantummodo intellect⁹ designat. ℟.

Miles christi gloriose N. sanctissime. Tuo pio interuentu Culpas nostras ablue. Hy⁹. Ut celestis regni sedem valeamus scādere. Tuo. Gloria. Cul. V⁹. Ora p nobis beate N. Iste vsus dicitur semper ante laudes in festis nouem lectionum vnius confessoris. In festis vero trium lectionū vsus. Iustū deduxit. vel Vs⁹ Iustus vt pal. ¶ In laud. ān.

1 Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo: ꝫ inuentus est iust⁹. ps. Dñs

2 regnauit. ān. Non est inuētus similis il li: q̄ cōseruaret legē excelsi. ps. Jubilate

3 deo oīs ter. ān. Fidelis seru⁹ ꝫ prudēs: quē constituit dñs sup famulā suā. psal.

4 Deus deus meus. ān. Beat⁹ ille seruus quē cū venerit dñs et pulsauerit ianuā et inuenerit eū vigilātē. psal. Bñd. ān.

5 Serue bone ꝫ fidelis: itra in gaudiū dñi tui. ps. Laudate dñm de cel. Caplm.

Eccli. 44. Benedictionē oīm gentiū dedit illi dñs: ꝫ testamentū suum cōfirmauit sup caput ei⁹. Qui fiūt. ix. vel. iij. lc. cū cōi hist. vnius cōfes. ꝫ pōtifi. et extra tps pasc. tūc dicatur ad laud. ꝫ ad. iij. ꝫ ad. ij. vespe. hoc capm Benedictionē. Hy⁹.

Iesu redemptor oīm/perpes corona presulū: in hac die clementius nostris faueto vocibus.

Qui sacri qua nominis confessor almus claruit: cui⁹ celebrat annua deuota plebs solennia.

Qui rite mundi gaudia huius caduca respuens: cum angelis celestibus letus potitur premijs.

Huius benigne annue nobis sequi vestigia: huius precatu seruulis dimitte noxam criminis.

Sit xpe rex pijssime tibi patrique gloria: cū spū paraclito/in sempiterna secula. Amen. Vs⁹. Iustus ger.

ān. Euge serue bone et fidelis: q̄ sup pauca fuisti fidelis/supra multa te constituā dicit dñs. ps. Bñdictus. orō vt supra.

¶ Si duo festa vnius confes. ꝫ pōti. simul contingant: tunc fiat memo. de alio festo cum hac ān. Iste est qui ante deū xequire hanc ān. ad secūdas vesp. vnius confes. et ponti. V. Iust⁹ vt palma. or. vts. Ad. j. ā. Ecce sacerdos. ps. Deus in no. Ad. iij. ā. Nō est inuē. ps. Legē po. cap. Bñdictionem. R. Amauit eū dñs: Et ornauit eum. V. Stola glorie iduit eū. Et or. Glia. Amauit. V. Iustū dedu. or. vts. Ad. vj. ān. Fidelis ser. ps. Defecit. Capitulum.

Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suā: et inuenit gratiam coram oculis domini. R. Iustum deduxit dominus Per vias rectas. V. Et ostendit illi regnū dei. Per vias rectas. Gloria patri. Iustū. Vsus. Iustus vt pal. orō vt supra. Ad nonā ān. Serue bone et fidelis. ps. Mirabilia. Caplm. Ubi. s

Magnificauit eum in conspectu regum: ꝫ dedit illi coronam glorie. R. Iust⁹ vt palma florebit In domo domini. V⁹. Sicut cedrus libani multiplicabit. In domo dñi. Gloria patri. Iustus vt pal. V. Iustus germinabit. orō vt supra. Ad secūdas vesperas ān. Ecce sacerdos magnus. psalmi feria. caplm. Benedictionem. Si dupfes. fue. vz R. Scte N. christi confessor. si autem/nullum R. dicatur. hy⁹. Jesu redemptor. V. Iust⁹ germinabit. ān. Iste est qui ante deū magnas virtutes operat⁹ est/et omis terra doctrina ei⁹ repleta est: ipse intercedat p peccatis oim populorū. ps. Magnificat. oratio vts. Ubi. s

¶ Item alie lectiones vnius confessoris et pontifi. Lectio prima.

Servus igitur qui gemina-
ta talenta retulit a dño lau-
datur/atqȝ ad eternã remuneratio
nem perducitur: cum ei voce dñica
dicitur. Euge serue bone et fidelis:
qꝛ super pauca fuisti fidelis/supra
multa te constituam: intra in gau-
dium domini tui. Lectio secunda.
Pauca quippe fratres sunt bona
omnia presẽtis vite (ꝙtũlibet esse
multa videantur) in cõparatione
retributionis eterne. Sed tunc fi-
delis seruus supra multa cõstitui-
tur: qñ deuicta omni corruptionis
molestia/de eternis gaudijs i illa
celesti sede gloriatur. Lectio.iij.
Nunc eni in dñi sui gaudium per
fecte intromittitur: quando in illa
eterna patria assumpt⁹ atqȝ ange-
lorũ cetibus admixtus: sic interi⁹
gaudet de munere: vt nõ sit qḋ iam
exteri⁹ doleat de corruptiõe. Lc.iiij.
Seruus qui operari de talẽto no-
luit: cũ verbis excusationis ad do-
minum redit: dicẽs. Dñe scio quia
homo durus es/metis vbi nõ semi
nasti/et cõgregas vbi nõ sparsisti:
et timẽs abij et abscõdi talentũ tu
um in terra: ecce habes qḋ tuũ est.
Notandũ vero ꝙ inutilis seruus
dñm durũ vocat: cui tñ ad lucrũ de
seruire dissimulat. Et timuisse se
dicit in lucrũ talentũ expẽdere: qui
hoc solũ timere debuerat ne hoc si-
ne lucro ad dñm reportaret. Lec.v.
Sunt autẽ plerıqȝ intra sanctã ec
clesiã quorũ iste seruus imaginẽ te
net: qui melioris vite vias aggre-
di metuũt: et tñ iacere in sui corpo-
ris ignauia non pertimescunt. Cũ
em̃ pctõres se cõsiderant/sctitatis
vias arripere trepidãt: ꝛ remanere
in iniqtatib⁹ suis nõ formidãt. Lc.vi.
Sed qui idcirco melioris habit⁹
vias et rectioris vite apprehẽdere
arcẽ nolunt/qꝛ infirmos se esse con
spiciũt: quasi et peccatores se fatẽ-
tur: et dñm repellũt: eũqȝ i quo san
ctificari debuerãt refugiũt. Et ve
lut in perturbatione positi cõsiliũ
non habẽt dũ moriuntur: ꝛ vitã ti-
ment. Unñ et huic seruo protin⁹ rñ-
det. Serue male et piger/sciebas
qꝛ meto vbi nõ semino: et cõgrego
vbi non spargo. Oportuit ergo te
dare pecuniã meã nũmularijs: vt
et ego veniẽs recepissẽ vtiqȝ qḋ me
um est cũ vsura. Euan.se.Mathe. Cap. xxiiij.
In illo tpe. Dixit iesus disci-
pulis suis. Uigilate: quia ne
scitis qua hora dñs vester vẽtur⁹
sit. Et rl. Omel. ve. be. pbri. Lc.vij.
Hac similitudine ostẽdit dñs ad-
uentũ suũ semper debere esse suspe
ctum. Paterfamilias ei anim⁹ nr̃
est: qui corpus et oia officia corpo-
ris more patrisfamilias regit et
continet. Fur autem: mors est im-
prouise adueniens. Lectio.viij.
Fur igitur domũ perfodit: cum
mors repẽte et subito repentinum
trãsitũ parat. Paterfamilias ve-
ro si sciret aduentũ furis: vtiqȝ vi-
gilaret/et nõ sineret perfodi domũ
suã: qꝛ si anim⁹ noster sedulo diem
mortis inspiceret: sine dubio a tor-
pore suo per oia vigilaret. Lcõ.ix.
Seruus autẽ fidelis et prudens
intelligitur chorus apostolorum ꝛ
imitatorũ eorũ. Recte ordo aposto-
lorũ seruus fidelis et prudens dr.
Fidelis em̃ est: qꝛ fideliter ꝛ deuote
substantiam domini sui dispensat.
Prudens est: quia in distribuendo

capacitatem figulorum discernit.
¶ In natali vni⁹ cōfessoris abbatis ad vesperas super psalmos. ã. Amauit eum dominus et ornauit eum: stola glorie induit eum: et ad portas paradisi coronauit eum. psalmi fer. Capitulū.
Eccli. xxxix. a
Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum q̄ fecit illū: et in cōspectu altissimi deprecabitur. ℟. Vir israelita. hy⁹. Iste ꝯfessor. ℣. Amauit eū do. ãn. Similabo eū viro sapiēti qui edificauit domum suam supra petram. ps. Magnificat de proprietate. Ad matu. in fes. ix. lec. vel. iij. qñ fuit. est dup. Inui. Iust⁹ florebit i domo dñi plātat⁹. Gaudeamus ꝛ exultem⁹ in ei⁹ sacra solēnitate. ps. Veni. In fes. iij. lc. quādo inuit. est simpl. Inuitatorium. Regem cōfes. ps. Venite. hymn⁹. Iste confessor. In. j. nocturno et in sequētib⁹ noc. ãe ps ꝛ ℣. de cõi vni⁹ ꝯfes. ꝛ pon. lec. legãt de ꝓprietate. ℟. j. Euge serue. quere in cõi vni⁹ ꝯfes. ꝛ ponti. ℟. ij. Iustus germinabit sicut liliū. Et florebit in in eternū ante dñm. ℣. Plātatus in domo dñi: in atriis dom⁹ dei nr̄i. Et. ℟. iij. Vir israelita gaude coheres xp̄i. Intercede p nobis. ℣⁹. Vt precibus tuis a deo veniā speremus: deuoti ad te confugim⁹. Intercede. In. ij. noc. ãn. Inuocātem. ps. Cum inuocarē. ꝛ cete ãe cū suis ps. ℣⁹. Iustum deduxit. ℟. iiij. Magnificauit. q̄re in cōmuni vnius cōfes. ꝛ ponti. ℟. v. Amauit eū dñs et ornauit eum: stola glorie induit eū. Et ad portas paradisi coronauit eum. ℣. Induit eum dñs lorica fidei: et ornauit eum. Et. ℟. vj. Sctē ℟. christi confes. q̄re in cõi vni⁹ ꝯf. ꝛ pō. In. iij. noc. ã. Dñe iste sāctus. ps. Dñe q̄s ha. ℣. Iust⁹ vt palma. ℟. vij. Iste est q̄ ante. ℟. viij. Iste hō. ℟. ix. Miles christi gloriose. q̄re hec. iij. ℟. in cõi vni⁹ ꝯfes. et pōtificis. ℣. Iustus vt pal. S. Lu.
Cap. xj. d
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernam et in abscōdito ponit: neq; sub modio sed super candelabrū: vt q̄ ingrediūtur lumē videāt. Et rel. Om. ve. bede pbr̄i. Lcō. vij.
De seipso dominus hoc loquitur: ostēdēs et si supradixerat nullū generatiōi neq̄/ nisi signū ione prophete dādum: nequaq̄ tamē lucis sue claritatē fidelib⁹ occultādam. ℟. Iste est qui ante deum. Lctō. viij.
Ipse quippe lucernam accendit: qui testam humane nature flāma sue diuinitatis impleuit. Quā profecto lucernam nec credētibus abscondere: nec modio supponere/ hoc est sub mensura legis icludere: vel intra vnius iudee gētis terminos voluit cohibere. Sed super candelabrū inquit: vt qui ingrediūtur lumē videāt. ℟. Iste homo. Lcō nona.
Candelabrum ecclesiam dicit: cui lucernam superposuit: quia in nostris frontibus fidem sue incarnationis affixit. Vt qui ecclesiam ingredi fideliter voluerint: lumen veritatis palam queāt intueri. Qua sententia iudeorum quoq; proceres condemnat: qui signa querentes exterius/ apertam lucis ianuā noluerunt intrare credendo. ℟. Miles xp̄i gl'iose ℟. In fes. ix. lc. ℣⁹ Ora pro nobis. In fes. iij. lc. ℣. Iustū deduxit. vel ℣⁹ Iust⁹ vt palma. In lau. ãn.
1 Iustum deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnū dei. ps. Dominus regnauit. aña. Non est in
2 uentus. ps Iubilate deo omnis ter.
3 ãn. Fidelis ser. ps. Deus deus me⁹.

ān. Beatus ille. ps. Benedicite. ān. Serue bone. ps. Laud. require has .iiij. ās in laud. in cōi vnius cōfes. et pōtifi. Cpm. Justus cor suum. hy⁹. Jesu redemptor. V⁹. Justus ger. ān. Euge serue. p. Bn⁹. or. vt s. Ad .j. ā. Justū deduxit. ps. Deus in no. Ad .iij. ān. Non est inuen. ps. Legem pone. cpm. Justus cor suum. R. et V. ad oēs horas dñr vt s in cōi vnius cōfes. et ponti. ¶ Ad sextam. ān. Fidelis seruus. ps. Defecit. Capitulum.

Eccl. xxxix. a SI enim magnus dñs voluerit spiritu intelligētie replebit illū: et ipse tāq imbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratiōe confitebitur domino. Ad nonā ān. Serue bone et fi. p. Mirabilia. Cpm.

Ubi s DOminus diriget cōsilium eius & disciplinam: et in lege testamenti sui gloriabitur. Ad vesperas ān. Justum dedu. minor. ps feriales. Capitulum. Justus cor suum. hymn⁹ Jesu redēptor. V. Justus ger. ān. Iste est qui ante deum. psal. Magni. oratio vt supra. Itē alia cpa de quocunqz confes. Capitulū.

Sap. x. B IUstū deduxit dñs p vias rectas/ et ostendit illi regnum dei: et dedit illi sciētiā sanctorum: honestauit illū in laboribus: et cōpleuit labores illius. Ad .vj. Cpm.

Sap. x. C CUstodiuit eū dñs ab inimicis: et a seductorib⁹ tutauit illum: et certamē forte dedit illi vt vinceret: et sciret quoniā omnium potentior est sapiētia. Ad .ix. Cpm.

Sap. x. C SApientia venditū iustū non dereliquit: sed a peccatorib⁹ liberauit eum. Secūdū marcum.

Cap. xiij. C IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate et orate: nescitis enim quando tempus sit. Et reliqua. Omelia venerabilis bede pbri. Lectio septia.

UIgilare et orare et cautos existere discipulos suos dominus monuit: sed tamen eis iudicij vltimi tempus ostēdere noluit. Quia magis illis pfuit hoc nescire q̄ scire: vt semper suspecti/ semperqz parati vigilarent. Lectio octaua.

Unde is quidē vigilat: qui vanis mundi gaudijs dormit/ et pceptis diuinis excubat. Utiliter eī orat: q̄ talē se exhibet vt pcipere valeat qd in orationibus postulat. Lectō .ix.

Nescitis enī quando tempus sit. Ac si diceret. Sicut ignorastis diē introitus vri in mundū: ita ignoratis et diem exitus vestri de mundo. V. Ora pro nobis vte N. ¶ In natali plurimorū confes. ad vesp. ān. Sancti per fidem. psalmi fer. Capm.

PLures facti sūt sacerdotes scdm legem: idcirco q morte prohiberētur manere: iesus aūt eo q maneat in eternū/ sempiternum habet sacerdotium. R. m. Justi in perpetuū viuēt: et apud dñm est merces eor. Et cogitatio eorum Apud altissimum. V⁹. Ideo accipient regnū decoris: et diadema speciei de manu dñi. Et. Gloria laus et honor decus potestas et iubilatio: patri ac nato et spiritui sancto. Apud. hy⁹. Sāctorū meritis. Hi sunt quos. Te summa dei. V⁹. Letamini. ān. Fulgebūt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent: iudicabunt nationes et regnabunt in eternum ps. Magn. Oratio. Hebr. vij.

BEatorū confessor tuor N. et N. nos dñe tuere psidijs: vt quor festiuitatē annua deuotione recolim⁹/ eorum intercessiōe ab

omnibus aduersitatib⁹ eruamur.
Per dominum nostrū. Alia oratio.
DEus qui nos sanctorū con
fessorum tuorum N. et N.
confessionibus gloriosis circūdas
et protegis: da nobis eorum imita
tione proficere / et intercessiōe gau=
dere. Per dominū. ¶ Ad matuti.
Inuitatoriū. Mirabilem deum in san=
ctis suis Venite adoremus collaudantes.
ps Venite. In festis vero. iij. lecti.
Inuitatoriū. Regem confes. ps. Ve=
nite. hymn⁹. Sāctorum meritis.
Hi sunt quos. Te summa deitas.
In primo noctur. aña. Secus decur=
sus aquarū plātauit vineā iustorū: sed in lege
dñi fuit voluntas eorum. ps. Btūs vir.
ān. Tanq̄ aurum in fornace probauit ele=
ctos dñs: et quasi holocausta accepit illos
in eternū. ps. Quare fre. ā. Filii hoim
scitote q̄a dñs sanctos suos mirificauit. ṽ.
Cum inuocarē. ṽ⁹. Letamini. Lec. j.
BEati sunt serui illi: quos cū
venerit dñs inuenerit vigi=
lantes. Uigilat: qui ad aspectū ve
ri luminis mētis oculos apertos
tenet. Uigilat: q̄ seruat opando qd
credit. Uigilat: qui a se torporis et
negligentie tenebras repellit. Hic
enim paulus dicit. Euigilate iusti:
1 et nolite peccare. ℟. Absterget de⁹ om
nem lachrymam ab oculis sctōrum: et iam
non erit amplius neq̄ luctus / neq̄ clamor:
sed nec vllus dolor. Qm̄ priora trāsierunt.
ṽ. Nō esurient neq̄ sitiēt ampli⁹: et nō cadet
sup illos sol: neq̄ vll⁹ estus. Qm̄. Lec. ij.
HInc rursus ait. Hora est iā
nos de somno surgere. Sed
veniens dñs quid seruis vigilan=
tibus exhibebit: audiamus. Amen
dico vobis q̄ precinget se: et faciet
illos discumbere: et transiens mi=
nistrabit illis. Precinget se: id est
ad retributionē pparabit. Faciet il
los discūbere: id est in eterna qete
refoueri. Discūbere quippe nrm:
est in eterno regno q̄escere. ℟. Exul 2
tabunt sancti in glia. Letabūtur in cubili=
bus suis. ṽ⁹. Epulētur et exultēt in cōspe=
ctu dei. Letabuntur. Lectio tertia.
UNde rursus dñs dicit. Ue
nient et recūbēt cum abra=
ham isaac et iacob. Transiens au
tem dñs ministrat: quia lucis sue
illustratione nos satiat. Transi=
re vero dñi est: cum de iudicio ad
regnū redit. Uel certe nobis dñs
post iudiciū trāsit: q2 ab humanita
tis forma in diuinitatis sue cōtem
platione nos eleuat. ℟m. Iusti in 3
perpetuū. vt s̄ ad. j. ves. ¶ In. ij. noc.
ān. Letentur oēs qui sperant in te dñe / qm̄
tu benedixisti iustis: scuto bone volūtatis
tue coronasti eos. ps. Uerba. ān. Dabo
sanctis meis locū nominatū in regno pris
mei dicit dñs. ps Dñe q̄s ha. ān. San
ctis q̄ in terra sunt eius mirificauit oēs vo=
luntates meas inter illos. ps. Cōserua.
ṽ⁹. Exultent iusti in cōspe. Lectio. iiij.
ET transire eius est in clari=
tatis sue speculatiōem nos
ducere: cum eū quem in humanita
te in iudicio cernimus / etiā in diui
nitate post iudiciū videam⁹. Ad iu
diciū quippe veniēs in forma serui
omnib⁹ apparet: quia scriptū est /
videbūt in quē transfixerūt. Sed
reprobi in suppliciū corruūt: iusti
ad claritatis ei⁹ gliam ptrahun=
tur: sicut scriptum est. Tollatur im=
pius: ne videat gloriā dei. ℟. Leta= 4
mini iusti et exultate i dño. Et gliamini oēs
recti corde. ṽ⁹. Cantate ei cāticum nouū:
bene psallite ei in vociferatiōe. Et. Lec. v.

Sed quid si serui in prima vigilia negligentes existunt? Prima vigilia: primeue etatis custodia est. Sed neqȝ sic desperãdũ: et a bono opere cessandũ est. Nã lõganimitatȝ sue patiẽtiã insinuãs dñs / subdit. Et si venerit i scda vigilia: et si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi.

5 ℟. Sancti tui dñe mirabile cõsecuti sunt iter seruiẽtes pceptis tuis: vt inuenirent illesi. In aqs validis terra apparuit arida: et in mari rubro via sine ipedimẽto. ℣. Victricẽ manũ tuã laudauerũt pariter: et decantauerunt dñe nomẽ sctm̃ tuũ. In. Lectio. vi.

Prima qppe vigilia primeuum temp9 est: idest pueritia. Scda adolescentia vel iuuẽt9. Tertia aũt senect9 accipitur. Qui ergo vigilare noluerit in prima vigilia: custodiat vel secũdã. Ut qui conuerti a prauitatib9 suis in pueritia neglexerit: ad vias vite saltẽ in tpe iuuentutis euigilet. Et q vigilare in secunda vigilia noluerit: tertie vigilie remedia non amittat.

6 ℟. In circuitu tuo dñe lumẽ est qd nunqȝ deficiet. Ubi cõstituisti lucidissimas mãsiones. Ibi requiescũt sanctoꝝ anime. Vsus. Lux perpetua lucebit sctis tuis dñe: et eternitas tempoꝝ. Ubi cõsti. Gloria patri. Ibi.

In .iij. noc. ãn. Scti q sperãt in dño habebunt fortitudinem: assument pẽnas vt aqle: volabũt et nõ deficiẽt. ps. Dñi ẽ tra. ãn. Iusti aũt i perpetuũ viuẽt: et apd dñm est merces eoꝝ. ps. Exultate iusti. ãn. O q̃ gliosũ est regnũ in quo cũ xp̃o gaudẽt omnes sci: amicti stolis albis sequũt agnũ qcũqȝ ierit. ps. Quã dilec. ℣. Iustoꝝ aie.

Secundum Lucam.

Cap. xij. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lũbi vestri precincti: et lucerne ardẽtes in manibus vestris. Et reliqua. Omelia bti gregorij pape. Lectio septima.

Sancti euãgelij fratres charissimi aperte est lectio recitata: sed ne aliquibus ipsa eius planicies alta fortasse videatur / eam sub breuitate transcurrim9. Quatenus eius expositio ita nescientib9 fiat cognita: vt tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria i lumbis sit: feminis in vmbilico: testatur dominus qui de diabolo ad beatũ iob loquitur dicens. Uirtus ei9 in lumbis eius: et fortitudo ei9 in vmbilico vẽtris eius. A principali igitur sexu lumborũ nomine luxuria designatur: cum dñs dicit. Sint lum-
bi vestri precincti. ℟. Sacerdotes ei9 7
induãt iustitiã. Et scti ei9 exultatiõe exultabunt. ℣. Illuc pducã cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Et. Lectio. viij.

Lũbos eni precingimus: cũ carnis luxuriã per continẽtiã coartamus. Uerũ quia minus est mala non agere: nisi etiã quisqȝ studeat et bonis operibus insudare: ptin9 addit. Et lucerne ardẽtes i manib9 vr̃is. Lucernas quippe ardẽtes i manib9 tenem9: cũ p bona opa primis nr̃is lucis exẽpla mõstramus. De quibus pfecto operibus dñs dicit. Luceat lux vestra corã hoibus: vt videãt opera vr̃a bona: et glorificẽt patrem vestrum q in celis est. ℟.
Corpa sctõrũ in pace sepulta sũt. Et viuẽt 8
noĩa eorũ in eternũ. ℣. Sapiẽtiã sanctoꝝ narrabũt oẽs ppli: et laudẽ eorũ pronũciat oĩs ecclesia sanctoꝝ. Et viuẽt. Lectio. ix.

Duo aũt sunt que iubẽtur: et lumbos restringere: et lucernas tenere. Ut et munditia sit castitatis in cor

poꝛe:et lumē veritatis in operatio
ne. Redemptoꝛi eteni nostro vnum
sine altero placere nequaꝙ potest.
Castitas ergo non magna est sine
bono opere:nec opus bonum est ali
quod sine castitate. Sed si vtrū-
ꝗ agitur: restat vt (quisquis est)
spe ad supernam patriam tendat.
9 ℟. Sint lūbi vestri pꝛecincti et lucerne ar-
dentes in manibus vestris. Et vos similes
hominibus expectātibus dominum suum:
Quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate
ergo quia nescitis qua hoꝛa domin⁹ vester
venturus sit. Et vos similes. Gloꝛia patri.
Quando. ℣ Justi autē. ¶ In laud. āñ.
1 Justoꝝ autē aīe in manu dei sunt/ ⁊ non
tanget illos toꝛmētum malitie. ps Dñs
2 regna. āñ. Cum palma ad regna perue-
nerūt sancti/coꝛonas decoꝛis meruerunt de
manu dñi. p. Jubilate deo oīs terra.
3 āñ. Coꝛpoꝛa sctōꝝ in pace sepulta sunt/et
viuēt noīa eoꝝ in eternū. ps. Deus de⁹.
4 āñ. Sacerdotes dei bñdicite dño/serui dñi
hymnū dicite deo ī eternū. ps. Bñd oīa.
5 āñ. Exultabūt sancti in gloꝛia/letabuntur
in cubilibus suis. ps. Laud do. de cel.
cp. Plures facti sunt. hy⁹ Rex glo
riose mar. totus hy⁹ dr sicut in cōi
plurimoꝛum marty. ℣. Mirabilis de⁹
in sanctis. āñ Sint lūbi vestri pꝛecincti ⁊ lu
cerne ardentes in manib⁹ vestris/et vos si-
miles hoībus expectantib⁹ dñm suū quādo
reuertatur a nuptijs. ps. Benedictus.
orō vt s. Ad. j. āñ. Justoꝝ aūt aīe. ps.
Deus in noīe. Ad. iij. āñ. Cum pal-
ma. ps Legē po. cp. Plures facti.
℟. et ℣. de communi plurimoꝝ mar.
ad omnes hoꝛ. dicātur. Ad. vj. āñ.
Coꝛpoꝛa. ps Defecit. Capitulum.
Phil. iij. Sancti ⁊ iusti in domino gau
dete: vos elegit deus in here
ditātem sibi. Ad. ix. āñ. Exultabunt.
psalmus Mirabilia. Capitulum. Sap. v. S
Justi aūt in perpetuū viuēt:
⁊ apud dominum est merces
eoꝛum: ⁊ cogitatio eoꝛum apud al-
tissimum. Ad. ij. vesp. āñ. Justoꝝ autē.
ps fer. cp. Plures facti. ℣. Mirabilis
deus. āñ. Sctīs est verū lumen ⁊ admirabi
le ministrās lucem his q ꝑmanserūt in ago
ne certaminis / recipient a xp̄o splendoꝛem
sempiternū: in quo assidue felices letantur.
ps. Magñ. orō vt s ad. j. vs. ¶ In
nata. vnius vir. et mar. ad. j. vs. ā.
Hec est virgo pꝛudens que veniente sponso
aptauit lampades suas et introiuit cum do
mino ad nuptias. psalmi fer. Caplm.
Domine deus meus exalta Eccli. vlt. B
sti super terrā habitationē
meā: et pꝛo moꝛte defluenti depꝛeca
ta sum. ℟. Regnum mūdi. Hymnus.
Virginis ꝓles opifexꝗ ma
tris: virgo quem gessit pe-
peritꝗ virgo: virginis festum ca-
nimus tropheum/accipe votum.
Hec tua virgo duplici beata soꝛte/
dū gestit fragilē domare coꝛpoꝛis
sexū/domuit cruētū coꝛpoꝛe seclū.
Unde nec moꝛtē nec amica moꝛtis
seua penaꝝ gñia pauescēs: sangui
ne fuso meruit secreta scādere celi.
Hui⁹ obtentu de⁹ alme nr̄is parce
iā culpis/vitia remittēs: q tibi pu-
ri resonem⁹ almū pectoꝛis hymnū.
Gloꝛia pr̄i geniteꝗ ꝓli: et tibi cō-
par vtriusꝗ semꝑ spūs alme deus
vnus omni tēpoꝛe secli. Amen. ℣.
Diffusa est. āñ. Simile est regnum celoꝝ
sagene misse in mare/ ⁊ ex oī gñe pisciū con
gregāti: quā cū ipleta eēt educētes ⁊ sec⁹ lit
tus sedētes elegerūt bonos in vasa sua/ma
los aūt foꝛas miserūt. ps. Magñ. Orō.
Indulgētiam nobis domine
beata N. virgo ⁊ martyr im

ploret: que tibi grata semper exti=tit/et merito castitatis: et tue pro=fessione virtutis. Per. Alia oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis tue et martyris festiuita=te gaudem⁹: ita pie deuotionis eru diamur affectu. Per dominum no.

Ad matu. in fest. ix. lc. tm̄. Inuitat. Christū venerātes deū adoremus regem re gum. Qui in celis N. palmam hodie dedit eternam. ps. Venite. In fest. ix. lect. vel. iij. qñ est inuita. dupl. Inuita. Agnū sponsum virginū Venite adoremus dominū iesum xp̄m. ps. Venī. In fest. iij. lec. qñ est inuit. simpl. Inuita. Regē virginū dominū Venite adoremus. ps. Venite. hy⁹. Virginis proles. ¶ In. j. noc. an̄. Ante thorū hui⁹ v̄ginis freq̄ntate nobis dulcia cātica dramatis. ps. Dñe do. nr̄. an̄. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. ps. Celi en̄. an̄. Fauus distillās labia tua spōsa/ & odor ve=stimētorum tuorum sicut odor thuris. ps. Dñi est terra. ℣. Diffusa. Lectio prima.

Quoniā hodie natalis est virginis: cōgruū aliquid de virginibus est loquen dum. Immaculatus eni dominus/immaculatā sibi famu=lam etiā in hoc pleno colluuionum fragilitatis humane corpore posi=tā: misericorditer consecrauit. Na talis est virginis: integritatem se=quamur. Natalis est sācte N. Mi rantur viri: nō desperāt virgines. Non autē ideo laudabilis virgini=tas quia et in martyrib⁹ reperitur: sed q2 ipsa martyres facit. ℟. Diffu sa est grā in labijs tuis. Propterea bñdixit te de⁹ in eternū. ℣. Dilexisti iustitiā: & odisti iniquitatē. Propterea. Lectio secunda.

Quis eni humano eam pos=sit ingenio comprehendere: quam nec natura suis inclusit legi bus: Hec v̄go accersiuit e celis: q̄d imitaretur in terris. Nec immeri=to viuēdi sibi vsum quesiuit e celo: que sponsum sibi inuenit in celo. Quanq̄ ego laudationem nō sus=cepi virginitatis / sed expressionē: ad rem tamē pertinere arbitror vt que sit ei patria/quis auctor: appa reat. ℟. Propter veritatē et mansuetudi nem & iustitiā. Et deducet te mirabiliter dex tera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina au=rem tuā: et obliuiscere populū tuū et domū patris tui. Et deducet. Lectio tertia.

Prius vbi sit patria diffinia m⁹. Si ibi est patria vbi ge nitale domiciliū: in celo pfecto est patria castitatis. Itaq2 hic adue=na: ibi incola est. Quid aūt est casti tas virginalis: nisi expers conta=gionis integritas: Atq2 eius au=ctorem quem possumus estimare nisi immaculatum dei filium: cui⁹ caro non vidit corruptionem/ diui=nitas non est experta contagionē: Videte ergo q̄ta virginitatis me=rita sint. Xp̄s ante virginem: chri=stus ex virgine. ℟. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē: propterea Vnxit te deus deus tu⁹ oleo letitie. ℣. Propter veritatem et mansuetudinē & iustitiā. Vnxit. Gloria. Vnxit. ¶ In. ij. nocturno. an̄. Specie tua & pulchritudine tua: intēde prospere p=cede & regna. ps. Eructauit cor meū. an̄. Adiuuabit eā de⁹ vultu suo: de⁹ in me=dio eius non cōmouebitur. ps. Deus no ster refugium. an̄. Vnguentū effusum nomen tuū: ideo adolescentule dilexerūt te nimis. ps. Fundamēta. ℣. Specie tua et pulchritudine tua. Lectio quarta.

Christus virginum sponsus
ante virginem fuit: idem est
natus de virgine. A patre quidē na
tus ante secula: sed ex virgine re-
natus ob secula. Illud nature sue:
hoc nostre vtilitatis est. Illud erat
semper: hoc voluit. Spectate & ali
ud virginitatis meritum. Christ⁹
virginis sponsus: & (si dici potest)
christus virginee castitatis. Virgi
nitas enī christi: non virginitatis
4 est christ⁹. R. Hec est virgo sapiēs quā
dn̄s vigilantem inuenit: que acceptis lāpa-
dibus sumpsit secū oleū. Et veniente domi
no introiuit cū eo ad nuptias. V. Iuncta
vna margarita dedit om̄ia sua & cōparauit
eam. Et veniente domino. Lectio quīta.

Virgo est que nupsit: virgo
q̄ nos sub vtero portauit.
Virgo que genuit: virgo q̄ proprio
lacte nutriuit. Sed iam a matre de
scendamus ad filias. De virgini-
bus (inquit sanct⁹ apostolus) pre-
ceptum dn̄i non habeo. Si doctor
gētiū nō habuit: habere q̄s potuit.
Et preceptum quidem non habuit:
sed habuit exemplū. Nō enī potest
īperari virginitas: sed optari. Sā
cta mater ecclesia immaculata est
coitu: sed fecunda partu. Virgo est
in castitate; mater est in prole. R.
5 de vna virgi. et marty. R. Veni spō-
sa christi accipe coronā quā tibi dn̄s prepa-
rauit: pro cui⁹ amore sanguinē tuū fudisti.
Et cū angelis in paradisum introibis. V⁹.
Veni spōsa mea et ponā te in thronū meū/
quia cōcupiuit rex speciem tuā. Et cū ange.
Aliud R. de vna virgi. nō mar. R.
Induit me dn̄s vestimēto salutis: & indumē
to letitie circūdedit me. Et tāq̄ spōsam de-
corauit me corōa. V. Tradidit aurib⁹ meis
inestimabiles margaritas: et circūdedit me
vernantib⁹ atq̄ coruscantibus gemmis. Et
tanq̄ spōsam decorauit me. Lectio. vi.

Parturit nos virgo: non vi-
ro plena/ sed spiritu. Parit
nos virgo: nō cum dolore membro
rum/ sed cum gaudijs angelorum.
Nutrit nos virgo: non corporis
lacte/ sed apostoli: cum infirmam
adhuc crescētis populi lactauit eta
tem. Virginitas dei donū est: mu-
nus parentis: sacerdotium castita
tis. Virgo matris ecclesie hostia
est: cui⁹ quotidiano sacrificio vis
diuina placatur. Virgo est eccle-
sia: quam studuit apostolus virgi-
nem castam assignare christo. Vir
go est filia sion. Virgo est ciuitas
illa hierusalē que in celo est: in quā
nichil intrat commune atq̄ immū
dum. R. Audi filia & vide et inclina aurē 6
tuam: et obliuiscere populū tuū et domum
patris tui. Et concupiscet rex speciē tuam.
Quoniam ipse est domin⁹ de⁹ tu⁹. Vsus.
Induet te domin⁹ vestimento salutis: & in-
dumento letitie circundabit te. Et concupi-
scet rex spe. Gloria patri. Quoniā ipse est.
In tertio noc. ān. Hec est q̄ nesciuit
torū in delicto: habebit fructū in refectione
animarū sanctarū. ps. Cantate domi-
no. i. ān. Nigra sum sed formosa filia hie-
rusalē: ideo dilexit me rex & introduxit me in
cubiculū suū. ps. Domin⁹ regnauit.
ān. O q̄ pulchra est casta generatio cū cla-
ritate. ps. Cantate. ij. V. Adiuuabit eā.

Secundum Matheum.

In illo tēpore. Dixit iesus di- Cap.
scipulis suis parabolā hanc. xiij.
Simile est regnū celorum thesau-
ro abscōdito in agro: quem qui in-
uenit homo abscōdit/ & pre gaudio
illius vadit/ & vēdit vniuersa q̄ ha
bet/ & emit agrum illū. Et reliqua.

Omelia beati gregorij pape de ea
dem lectione. Lectio septima.
Regnum celorum fratres charis-
simi idcirco terrenis rebus simile
dicitur: vt ex his que animus no-
uit/surgat ad incognita que nõ no
uit. Quatenus exemplo visibiliũ
se ad inuisibilia rapiat: et p ea que
vsu didicit quasi cõfricatus incale
scat. Ut per hoc quod sit notum di-
ligere: discat et incognita amare.
7 ℞. Ueni electa mea et ponã te in thronũ
meum. Quia concupiuit rex speciem tuam.
℣. Audi filia et vide et inclina aurem tu-
am. Quia concupiuit. Lectio octaua.
Ecce enim regnum celorum
thesauro abscõdito in agro
comparatur: quem qui inuenit ho-
mo abscondit/et pre gaudio illius
vadit/et vendit vniuersa que ha-
bet/et emit agrum illum. Qua in
re hoc quoqꝫ notandum est: ꝙ inuẽ
tus thesaurus absconditur vt ser-
uetur. Quia studium celestis desi-
derij a malignis spiritib⁹ custodi-
re nõ sufficit: qui hoc ab humanis
8 laudibus nõ abscondit. ℞. Pulchra
facie sed pulchrior fide./ beata es virgo. re-
spuẽs mundũ. Letaberis cũ angelis: inter-
cede pro omnibus nobis. ℣. Specie tua
et pulchritudine tua. Letaberis. Lect. ix.
In presenti etenim vita: qua-
si in via sumus qua ad patri
am pergimus. Maligni autẽ spi-
ritus iter nostrum quasi quidam
latrunculi obsident. Depredari er-
go desiderant: qui thesaurum pu-
blice in via portant. Hoc autem di-
co non vt proximi opera nostra nõ
videant: cum scriptum sit. Uideãt
opera vestra bona: ꝛ glorificent pa
trem vestrum qui in celis est. Sed
vt per hoc quod agimus: laudes ex
terius non queramus. Sic autem
sit opus in publico: quatenus intẽ
tio maneat ĩ occulto. Ut et de bono
opere proximis exemplum prebea
mus: et tamẽ per intentionem qua
soli deo placere querimus: semper
secretum optemus. ℞. Regnum mũ- 9
di et omnem ornatum seculi contempsi: p-
pter amorem domini mei iesu christi. Quẽ
vidi quem amaui. Quem credidi quem di-
lexi. ℣. Eructauit cor meum verbum bo-
num: dico ego opera mea regi. Quem vidi.
Gloria patri. Quem credidi. In festis
ix. lec. dicatur iste ℣. ante laud. ℣.
Ora pro nobis beata N. In fest. vero
iij. lec. dicatur ℣. Specie tua. vel ℣.
Adiuuabit eam deus vul. In laud. añ.
Hec est virgo sapiens quam dominus vi- 1
gilantem inuenit. ps. Domin⁹ regna-
uit. añ. Hec est virgo sapiens ꝛ vna de nu- 2
mero prudentum. psal. Jubilate. añ.
Hec est virgo sancta atqꝫ gloriosa: quia do- 3
minus omnium dilexit eam. ps. De⁹ de-
us. añ. Benedico te pater domini mei ie- 4
su christi: quia per filium tuum tentationis
ignis extinctus est. ps. Benedicite. añ.
Ueni sponsa christi: accipe coronam quam 5
tibi dominus preparauit in eternum. ps.
Laudate. capl̃m. Domine deus me
us exaltasti. Hymnus.
Jesu corona virginum/quẽ
mater illa concipit que sola
virgo parturit: hec vota clemens
accipe.
Qui pascis inter lilia/septus cho
reis virginum: sponsas decorans
gloria/sponsisqꝫ reddens premia.
Quocunqꝫ pergis virgines se-
quuntur: atqꝫ laudibus post te ca-
nentes cursitant/hymnosqꝫ dul-
ces personant.

Te deprecamur largius/nostris adauge sensibus; nescire prorsus omnia corruptionis vulnera.
Deo patri sit gloria/eiusqȝ soli filio: cum spiritu paraclito/et nunc et in perpetuum. Amen. ℣. Adducentur regi virgines post eam. ℟. Proxime eius afferentur tibi. an. Veniente sponso prudens virgo preparata introiuit cum eo ad nuptias. ps. Bndꝰ vt s. or. vt s. Ad. j. a. Hec est virgo sa. ps. Deꝰ in no. Ad. iij. an. Hec est virgo sa. ps. Legem pone. cpm. Dñe deus. ℟. Diffusa est gratia In labijs tuis. ℣. Propterea benedixit te deus in eternum. In labi. Gloria. Diffusa. ℣. Specie tua. or. vt s. ¶ Ad. vj. an. Hec est virgo. ps. Defecit. Capitulū.

Eccl. vltio. Laudabo nomen tuum assidue/et collaudabo illud in cōfessione: et exaudita est orō mea. ℟. Specie tua et pulchritudine tua. ℣. Intende prospere procede ȝ regna. Et pul. Gloria. Specie. ℣. Adiuua. Ad. ix. an. Veni sponsa. ps. Mirabilia. Capm.

Ubi s. Liberasti me de perditione et eripuisti me de tempore iniquo: propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo domine deus meus. ℟. Adiuuabit eam deus vultu suo. ℣. Deus in medio eius non cōmouebitur. Deus. Gloria. Adiuua. ℣. Adducentur regi virgines. Ad. ij. vesp. an. Hec est virgo sa. vt fer. cpm. Dñe deus meus. hyꝰ. Iesu corona virg. ℣. Adducentur regi virgines. an. Simile est regnū celorum homini negociatori quereñti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. ps. Magnifi. oratio vt supra. Item alia cp. vnius virginis et marty. et dicantur cū capitulis supra scriptis alternis vicibus per hebdo. Ita tamē qꝫ in primis dicatur cp. Domine deus. nisi in festo sancte agnetis/sancte agathe/et sancte katherine: in his festis dicitur capitulum Confitebor tibi domine.

¶ Ad vtrasqȝ vesperas ȝ ad matutinas: et ad. iij. Capitulum.

Ubi s. Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meū: confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector factus es mihi/et liberasti corpꝰ meum a perditione. ¶ Ad. vj. Capm.

Ubi s. Laudabit vsqȝ ad mortē anima mea dominum: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Deo gratias.

¶ Ad nonam capitulū. Liberasti.

¶ In natali vnius virginis non martyris ad vtrasqȝ vesperas: etiam ad matut. et ad tertiā. Capm.

ij. Cor. x. Qui gloriatur in domino glorietur: nō enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quem deus commendat. hymnus. Uirginis proles. Huius obtentu. Gloria. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea. an. Simile est regnū celorum sagene. ȝ c. ps. Magni. Oro.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis q̄sumꝰ sancte N. virginis tue tibi placitis meritis commendari/cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per dominum nostrum iesum. Cetera om̄ia ad vtrasqȝ vesperas: et ad matutinas et ad alias horas vt supra in historia vnius virginis et martyris: cum ista oratione Omnipotens sempiterne deꝰ. Ad matutinas. Inuitatoriū vt supra.

hy⁹. Uirginis ples. Hui⁹ obtẽtu. Gl'ia. ãe vts. ix. l'c. fiãt. Lectõ pria.

SImile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse: dicit dominus. Iste quinqꝫ et quiqꝫ virgines: omnes oĩno sunt anime christianorum. Sed vt dicam⁹ vobis qđ deo inspirãte sentim⁹: non qualescuqꝫ anime/sed tales anime que habent catholicam fidem/et habere videntur bona opa in ecclesia dei. Et tñ ex ipsis quinqꝫ sunt prudentes: et quinqꝫ fatue. Lectio secunda.

QUare ergo apellate sũt quiqꝫ/et quare virgines/pri⁹ videamus: et deinde cetera cõsideremus. Omis aia in corpe ideo quinario numero cẽsetur: qꝫ quiqꝫ sensib⁹ vtit. Nichil est eñ quo sentim⁹ ex corpe: nisi ianua quincupertita aut vidẽdo/aut audiẽdo/aut odorãdo/aut gustãdo/aut tãgẽdo. L'c. iij.

QUi ergo se abstinet ab illicito visu/ab illicito auditu/ab illicito odoratu/ab illicito gustu/ab illicito tactu: pter istã integritatem virginis nomen accipit. Si bonum est abstinere ab illicitis sentiendi motibus: et ideo vnaqueqꝫ aia xpiana virginis nomen habet: quare quinqꝫ admittũtur/et quinqꝫ repellũtur? Palam est quia virgines sũt: et lãpades habẽt. l'c. iiij.

UIrgines: propter abstinentiam ab illicitis sensibus. Lãpades habentes/propter opera bona: de quib⁹ operibus dñs dicit. Luceant opera vestra coram hominib⁹: vt videãt bona facta vestra/et glorificẽt patrẽ vestrũ qui in celis est. Itẽ discipulis dicit dominus. Sint lumbi vestri accineti: et lucerne ardentes. In lumbis accinctis virginitas: in lucernis ardentibus opera bona. Lectio quinta.

NOn solet dici virginitas vbi qꝫ in coniugatis: tñ etiam ibi est fidei virginitas: que exhibet pudicitiam coniugalem. Nam et nouerit sanctitas vestra non importune secundum animam et secundum intergritatem fidei (qua etiam fide ab illicitis abstinetur: et bona opera sunt) vnũquemqꝫ vel vnãquãqꝫ aiam virginẽ dici. Tota ecclesia que constat ex virginibus/et pueris/et maritatis feminis/et vxoratis viris: vno nomie virgo est apellata. Uñ hoc pbam⁹? Apostolum audi dicentem: nõ solis sanctimonialibus: sed vniuersali prorsus ecclesie. Despõsaui vos vni viro virginẽ castã exhibere xpo. l'c. vi.

ET quia huius virginitatis corruptor diabolus cauendus est: continue ipse apostol⁹ cum dixisset (despõsaui vos vni viro virginẽ castã exhibere xpo) adiunxit et ait. Timeo autẽ ne sicut serpens euam seduxit in versutia sua: sic et vestri sens⁹ corrũpãtur a castitate que est in xpo. In corpe virginitatẽ pauci habent: in corde oẽs habere debent. ¶ Secundum Matheum.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiã spõso et spõse. Et reliqua. Omelia bti gregorij pape de eadem lec. Lectio septima. Cap. xxv. a

SEpe vos fratres kmi ammoneo

prava opera fugere: mundi huius inquinamēta devitare. Sz hodierna sctī euāgelij lectione compellor vobis dicere: vt et bona que agitis cum magna cautela timeatis. Ne per hoc quod a vobis rectum geritur: favor aut humana gratia requiratur. Ne appetit⁹ laudis subrepat: et quod foris ostenditur/intus ab eterna mercede vacuetur. Ecce enim redemptoris voce decē virgines/ z omnes dicuntur virgines: sed tamen intra beatitudinis ianuā nō omes recepte sunt. Quia earū quedā dum de vginitate sua gloriam foris expetunt: in vasis suis oleū hre noluerūt. Lectō. viij.

Prius querendum nobis est quid sit celorum regnū: aut cur decem virginib⁹ comparetur: que etiam prudentes virgines/et que fatue dicuntur. Dum enim regnum celorum constat quia reproborum nullus ingreditur: etiā fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum est q sepe in sacro eloquio regnū celorum presentis temporis ecclesia dicitur: de quo alio in loco dns dicit. Mittet fili⁹ hominis angelos suos: et colligent de regno eius omia scādala. Neqz enim in illo regno beatitudinis in quo pax summa est: inueniri scandala poterūt que colligant. Unde z rursum dicit. Qui ergo solverit vnum de mandatis istis minimis/z docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorū. Qui aūt fecerit z docuerit: hic magn⁹ vocabit i regno celor. Lcō. ix.

Mandatū soluit et docet: quādo hoc quisqz voce predicat: quod viuendo non implet. Sed ad regnum eterne beatitudinis peruenire nō valet: qui nō vult opere implere quod docet. Quomodo ergo in eo minimus vocabitur/qui ad hoc nullo modo intrare permittetur? Quid itaqz per hanc sentētiam: nisi presens ecclesia celorum regnum dicitur? In qua doctor qui mandatum soluerit minimus vocabitur: quia cui⁹ vita despicitur/restat vt et eius predicatio contemnatur. R. Ora p nob͡ vt͡ā. In l. ān.

Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. psalm⁹. Dominus regnauit. ān. Hec est vgo sapiēs et vna. ac. ps. Jubilate deo ois terra. ān. Hec est virgo sancta. ps. Deus deus meus. aña Benedico te pater. ps. Benedicite omnia. ān. Veni spōsa christi. ps. Laudate dominum. capitulū. Qui gloriatur. hymn⁹. Jesu corona virginū. V⁹. Adducentur regi virgines post eā. R. Proxime eius. ān. Venite sponso ps. Benedictus domin⁹. orō vt̄s. Ad. j. ān. Hec est virgo sapiēs. ps. Deus in nomine. Ad. iij. aña. Hec est vgo sapiēs et vna. ps. Legē po. cp. Qui gloriat. R. Diffusa est. V⁹. Propterea. V⁹. Specie. Orōnes vt̄s in cōi vni⁹ vginis et mar. ad omes hor. dicuntur. Ad sextā. ān. Hec est virgo. psalm⁹ Defecit. Capitulum.

Emulor enim vos dei emulatione: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. Ad nonam. ān. Veni spōsa. psalmus. Mirabilia. Capitulum. ij. cor. xi. a

Sapientia vincit malitiā: attingit ergo a fine vsqz ad finem fortiter: et disponit omia suauiter. Deo grās. R. V. et orō. vt̄s.

¶ In natali plurimarū virginū.
Ad vesp. añe et ps fer. Capitulum.
Sap. iiij.a O q̃ pulchra est casta gñatio cū claritate: immortalis est eni memoria illius: qm̄ et apud deū nota est et apud hoies. hy⁹. Jesu corona. ℣. Adducentur regi. Añ. Simile est regnum celorum sage. ps. Magnificat.
Oratio plurimaꝝ v̄ginū ⁊ marty.
Deus q̄ humanū gen⁹ vt ad confessionē tui nois ꝓuocares / etiā in sexu fragili victoriam martyrij ɔtulisti: presta q̄s vt ecclesia tua hoc exemplo cōmonita / nec pati pro te metuat: et celestis premij gloriā concupiscat. Per dn̄m.
¶ Item alia oratio plurimarum virginum nō martyrum. Oratio.
Omps sempiterne de⁹ q̄ nos idoneos non esse perpendis ad maiestatem tuā sicut dignū est exorandum: fac q̄s sanctas virgines tuas N. ⁊ N. ꝓ nostris intervenire peccatis: quarū meritis nobis indulgentiā largiaris. Per d.
Ad mat. Inuit. Regē virginū dominū Uenite adoremus. ps. Uenite. hy⁹. Jesu corona virgi. Sup ps. hec sola ā. O q̄ pulchra est casta gñatio cum claritate. ps. Domine dn̄s nr̄. et oēs ps vnius virg. ⁊ mar. ℣. Adducētur. Lectō. j.
Interrogatus dn̄s a discipulis de cōsummatione seculi: inter multa que locutus est parabolam quoq꜠ dixit de decē virginib⁹ / bonorum ⁊ malorum discretionem significantib⁹: quarum quinq꜠ admittuntur / et quinq꜠ excluduntur. Uidētur itaq꜠ michi quinq꜠ virgines significare quincupertitam cōtinentiā a carnis illecebris. ℟. Au
1 diui vocem de celo venientem: venite oēs virgines sapientissime. Oleum recondite in vasis vestris dum sponsus aduenerit. ℣s⁹. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit. Oleum reco. Lectio secunda.
Continēdus est enim animi appetit⁹ a voluptate oculorum / a voluptate aurium / ⁊ a voluptate olfaciendi / gustādi / siue tangendi. Sed quia ista continentia partim coram deo fit vt illi placeat in interiori gaudio consciētie: partim coram hominibus tantum / vt gloria humana capiatur: ӯnq꜠ dicuntur sapientes / et quinq꜠ stulte. Utreq꜠ tn̄ virgines: q꜠ vtraq꜠ cōtinētia est: q̄uis diuerso fomite gaudeat. ℟. Feliciter virgines vincūt mūdū. 2
Que post victoriā vinci non norūt. ℣sus. Ut tē de prelio redeunt: et hostē victrices moriendo deuincūt. Que post. Lectio. iij.
Lampades autem que manibus portantur: opera sunt que secundum istam continētiam fiunt. Dictum est eni. Luceant opera vestra coram hominibus. Omnes vero acceperunt lampades suas: et venerūt obuiā sponso ⁊ sponse. Intelligendum est ergo christi nomine censeri: de quibus agitur. Non eni possunt qui christiani non sunt: spōso christo venire obuiam.
℟. Innumerabilis virginum chorus sprē 3
ta liberorum propagine. Dum spōso qui in celis est perenni mente. Actu et habitu applicari maluit. ℣sus. Ecce florentem mūdum despectu mentis calcauit. Cum. Gloria pa. Actu. ℣sus. Media nocte clamor factus est. ℟. Ecce sponsus venit exite obuiam ei. In laudibus hec sola Aña.
Uirgines sancte dei orate ꝓ nobis: vt scelerum veniam per vos accipere mereamur. psal. Dominus regnauit deco. ⁊c.

pi consueti. cap. O q̄ pulchra. hy⁹.
Rex gl'iose martyr. tot⁹ hy⁹ dicat
p oia sicut in cōi hist. plior mar. V.
Mirabilis de⁹ in sanctis suis. añ. Simile
est regnū celorū decē virginib⁹ que accipien
tes lampades suas/exierunt obuiam spon-
so et spōse. ps. Benedictus. or. vt s.
Ad .j. añ. Virgines scte. ps. De⁹ in no.
Ad .iij. añ. Media nocte clamor fact⁹ est:
ecce sponsus venit exite obuiā ei. p. Legē
pone. cp. O q̄ pulchra. R. Adducen
tur regi virgines post eā. Vsus. Proxime
eius afferentur tibi. Post eā. Gloria patri.
Adducent. V. Media nocte clamor fact⁹ est.
or vt s. Ad .vj. añ. Prudentes virgines
acceperunt oleum in vasis suis cum lampa
dibus. ps. Defecit. cap. Emulor eni
vos. R. Media nocte clamor factus est.
Vsus. Ecce spōsus venit exite obuiam ei.
Clamor fa. Gloria pa. Media. Vsus. Pru
dētes virgines. oratio vt s. Ad .ix. añ.
Tunc surrexerunt om̄es virgines ille: et or
nauerunt lampades suas. ps. Mirabi-
lia. cap. Sapientia vincit ma. R.
Prudentes virgines acceperunt oleum in
vasis suis. Cum lampadibus. V⁹. Et exie-
runt obuiam sponso et spōse. Cum lampa.
Glia. Prudentes. V. Adducētur regi virgi.
orō vt s. ¶ In natali vni⁹ matro-
ne non scdm Sar. Ad primas ve-
speras super ps fer. añ. Simile est
regnum celorum sagene. Capitulum.

Pro. vltio. B

MUlierem fortem quis inue-
niet? procul et de vltimis fi
nibus precium eius: confidit in ea
cor viri sui/et spolijs nō indigebit.
hy⁹. Huius obtentu. Gloria patri.
Vsus. Diffusa est gratia in labijs. ā. Aia
mea liquefacta est vt dilectus locut⁹ est: q̄si-
ui et non inueni illum: vocaui et non respō
dit michi: inuenerūt me custodes ciuitatis/
percusserunt me et vulnerauerunt me: tule
runt pallium meum custodes murorum/ fi
lie hierusalem nunciate dilecto quia amore
langueo. ps. Magnificat. Oratio.

DEus omnium creator et re-
ctor/qui hodiernam diē in
beate N. festiuitate nobis exulta-
bilem fecisti: presta quesum⁹ vt ip-
sius apud te interuenientibus me-
ritis / ab omnibus mereamur ab-
solui peccatis. Per dominum no-
strum iesum christum. Ad matut.
Inuita. Christum venerantes deum ado
remus regem regū. Qui in celis N. palmā
hodie dedit eternā. psal. Venite. hy⁹.
Huius obtētu. Gloria patri. In .j.
noc. ā. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce
tu pulchra/ oculi tui colūbarum. ps. Dñe
dñs nr. añ. Sicut lilium inter spinas: sic
amica mea inter filias. p. Celi enarrāt.
aña. Fauus distillans labia tua sponsa: et
odor vestimentorū tuorū sicut odor thuris.
ps. Dñi est terra. V. Diffusa est gratia
in labijs tuis. Lectiones vt i festis ea
rū. R. Diffusa est gra in labijs. R. Pro-
pter veritatem. R. Dilexisti iusti. In .ij.
noc. añ. Emissiōes tue paradis⁹ malorum
punicorū cū pomorū fructib⁹. p. Eructa-
uit cor meum. añ. Fons ortorū: puteus
aquar viuētiū: que fluūt impetu de libano.
ps. Deus noster refugiū. añ. Veniat
dilectus me⁹ in ortū suū vt comedat fructū
pomorū suorū. p. Fundamē. V. Specie
Domine sancte pater omnipotens eterne deus/bene✠dicere digneris hunc panem tua sancta spirituali benedictione: vt sit omnibus sumentib⁹ salus mentis et corporis: atqꝫ contra omnes morbos et vniuersas inimicorum insidias tutamen. Per dominum nostrum iesum christū filium tuū panem qui de celo descendit/et dat vitam et salutem mundo: ⁊ tecum viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. R. Amen.

¶ Sequuntur preparationes ad missam.

¶ Sacerdos volens cõfiteri dicat Benedicite pater. Sacerdos. Dominus sit in corde tuo et in labijs tuis ad confitendum omnia peccata tua. In nomine pris et filij. &c. Tunc dicat peccata sua: quibus dictis dicat sacerdos. Misereatur tui omnipotens deus. &c. Indulgentiam et absolutionem &c. Meritum passionis domini nostri iesu christi/suffragia scte matris ecclesie/bona que fecisti et que per dei gratiam facies sint tibi in remissionẽ peccatorum tuorum. Iniungat penitentiam dicens. Et pro penitentia speciali dices hoc et hoc/ vel facies hoc et hoc. Tunc absoluat dic. Dominus noster iesus christ9 qui est summus põtifex per suam pijssimam misericordiã te absoluat. Et ego auctoritate mihi concessa absoluo te primo a sententia minoris excõmunicatiõis si indigeas. Deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In noie patris et fi. &c.

Sacerdos volens accedere ad altare induat se sacris vestib9 dicẽs.

Veni creator spũs/mentes tuorum visita/imple superna gratia que tu creasti pectora.

Qui paraclitus diceris/donum dei altissimi/fons viu9/ignis/charitas/et spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere/dextre dei tu digitus/tu rite promissum patris/sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus/infunde amorem cordibus/infirma nostri corporis ṽtute firmãs ppeti.

Hostem repellas longius/pacẽq; dones protinus: ductore sic te preuio vitemus omne noxium.

Per te sciamus da patrem/noscamus atq; filium: te vtriusq; spiritum credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio/sancto simul paraclito: nobisq; mittat filius charisma scti spiritus. Amẽ.

V9. Emitte spiritum tuum et creabuntur. R. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per christum. Deinde sequatur ãn. Introibo ad altare dei. ps. Iudica me de9 et discerne cau. to. ps dicit cũ Gloria. Deinde dr. ã. Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meam. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne. Sed libera. Confitemini dño quoniam bonus. Quoniã in seculũ misericordia ei9.

Cõfiteor deo/beate marie/omnibus sanctis/et vobis: q2 peccaui nimis cogitatiõe/locutione & opere: mea culpa/precor sanctam mariã omnes sanctos dei et vos orare p me. Ministri respõdeãt. Misereatur vestri oṗs deus et dimittat vobis oĩa peccata vestra: liberet vos ab oĩ malo/cõseruet & cõfirmet in bono & ad vitã pducat etnã. Sac. Amẽ. et postea dicant. Confiteor. quo dicto. dic. sa. Misereatur. vt sup. Deinde dicat sac. Absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum/spacium vere penitentie et emẽdationẽ vite/gratiã & cõsolationem sancti spirit9 tribuat

vobis omnipotēs et misericors do minus. Ministri respōdeāt. Amen. Deinde dicat sacerdos. Vsus. Adiutorium nostrum in nomine domini. R. Qui fecit celum et terram. Vsus. Sit nomen domini benedictum. R. Ex hoc nunc et usqꝫ in seculum. Oremus.

Aufer a nobis domine quesumus omnes iniqtates nostras: vt sancta sanctorum puris mentibus mereamur itroire. Per. Tunc se erigat sacerdos et osculetur altare/ ⁊ hoc in medio: et signet se in facie sua ita dicens. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amē. Deinde incipiat officiū usqꝫ

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramꝰ te. Glorificamꝰ te. Gratias agimus tibi propter magnā gloriam tuam. Domine deus rex celestis: deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite iesu christe. Spiritus ⁊ alme orphanorū paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis petā mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deꝑcationē nostram. Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificās. Tu solus dominus. Mariā gubernās. Tu solus altissimus. Mariā coronans. Iesu christe. Cū sancto spiritu: in gloria dei patris. Amen.

Credo in vnum deū. Patrem omnipotentem: factorē celi et terre/ visibilium omnium ⁊ inuisibilium. Et in vnum dominum iesum christum filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo/ lumen de lumine/ deum verum de deo vero. Genitum non factum/ consubstantialem patri: per quem omnia facta sunt. Qui propṫ nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis sub pōtio pilato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascēdit in celum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum ⁊ viuificantem: qui ex patre filioqꝫ ꝓcedit. Qui cum patre et filio simul adoraṫ et cōglorificatur: qui locutus est ꝑ prophetas. Et vnam sanctam catholicam ⁊ apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionē peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuoꝝ. Et vitā venturi seculi. Amē. Deinde sequatur Dominus vobiscum. et Oremus. Deinde dicitur offꝫ. Ipse vero accipiens calicem: diligenter ponat in loco suo debito super medium altaris: et inclinatus parūper eleuet calicem vtraqꝫ manu offerens sacrificium domino: dicēdo hanc orationem. Oratio.

Suscipe sancta trinitas hāc oblationem quam ego indignus peccator offero i honore tuo/ beate marie/ et omnium sanctorū: pro peccatis et offensionibꝰ meis/ pro salute viuorum/ et requie oīm

fideliū defunctoꝝ. In noīe patris. ⁊c. Acceptū sit oīpotēti deo hoc sacrificiū nouū. Dicta oꝛone repōat calicē ⁊ coopiat eū corporalib⁹: ponatq; panē sup corpalia terēter añ calicē vinū ⁊ aquā cōtinētē: ⁊ osculet patenam ⁊ reponat eā a dextris super altare sub corporalibus parꝫ cooperiendo. His ita pactis eat sacerdos ad dextrum coꝛnu altaris: et abluat manus dicens. Munda me domine ab omni inquinamento mētis et coꝛpoꝛis: vt possim mūdus implere opus sanctū domini. Ablutꝭ manib⁹ sac. reuertat se ad altare ad diuinū officiū exequēdū. Deinde reuertat se: ⁊ stans ante altare: īclinatoq; capite ⁊ coꝛpoꝛe: iūctis manibus dicat. Oꝛatio.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur dn̄e a te. Sic fiat sacrificiū nostrū in ꝯspectu tuo vt a te suscipiat hodie: ⁊ placeat tibi dn̄e deus. Et erigēs se deosculetur altare a dextris sacrificij/ ⁊ dās benedictionē vltra sacrificiū: postea signet se dicens. In nomine patris. ⁊c. Deīde vtat se sacer. ad ppl'm et tacita voce dicat. Oꝛate fratres et soꝛoꝛes pro me: vt meū pariterq; vr̄m acceptū sit dn̄o deo sacrificiū. Rn̄sio clerici priuatim. Spirit⁹ scti gr̄a illuminet coꝛ tuū et labia tua: et accipiat dn̄s digne hoc sacrificiū laudis de manibus tuis p pctis ⁊ offensionibus nostris. In missis vo p defunctis post ablutionem manuū sacerdos statim incipiat iunctis manib⁹ ī medio altaris cōuers⁹ ad altare dicēs. Hostias et pces tibi dn̄e offerim⁹. Et choꝛ⁹ cantando respōdeat. Tu suscipe pro animab⁹ illis quarū hodie memoꝛiā agim⁹: fac eas dn̄e de moꝛte transire ad vitā. Et interim dicat sacerdos In spū humilitatis. Deinde statim dicat cōuersus ad populum tacita voce. Oꝛate fratres ⁊ soꝛoꝛes pro fidelib⁹ defunctis. Rn̄sio clerici cātādo. Requiē eternā dona eis dn̄e: et lux ppetua luceat eis. Quā olim abrahe pmisisti ⁊ semini ei⁹. ¶ Notādū ꝙ in oīb⁹ missis pro coꝛpoꝛe presenti ⁊ in anniuersa. cuiuscūq; fuerint ⁊ in trigitalib⁹ dr̄ Hostias ⁊ pces. cū ℣. Requiē eternā. ⁊ Quā olim. In oīb⁹ vo alijs missis p defūctis non dn̄r: nec in die aiarū. Et reuersus ad altare sacerd. secretas oꝛones dicat iuxta nūerū ⁊ oꝛdinē ante dictaꝝ ante ep̄laꝫ: ita incipiēs. Oꝛem⁹. Quib⁹ finitis dicat sacer. aperta voce. Per oīa scl'a seculoꝝ. manib⁹ nō leuatis: donec dr̄ Sursum coꝛda. ¶ De trinitate pfatio.

Eterne deus: q cum vnigenito filio tuo ⁊ spiritu sctō vn⁹ es deus: vnus es dn̄s. Nō in vni⁹ singularitate persone: sed in vnius trinitate substātie. Quod enim de tua gloꝛia reuelāte te credim⁹: hoc de filio tuo/ hoc de spū sctō sine differētia discretiōis sentim⁹. Ut in cōfessiōe vere sempiterneq; deitatꝭ: ⁊ in psonis ppꝛietas: ⁊ ī essentia vnitas: ⁊ ī maiestate adoꝛetur equalitas. Quā laudāt āgeli atq; archāgeli: cherubin quoq; ac seraphin: q nō cessant clamare vna voce dicentes. ¶ De sctō spiritu prefatio.

Eterne de⁹. Per chꝛistum dominū nostrū. Qui ascendēs sup omnes celos sedēsq; ad dexterā

tuam/promissum spiritum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis tot⁹ in orbe terrarum mūdus exultat. Sed et supne virtutes atq3 angelice potestates hymnum glorie tue concinunt sine fine dicentes.

De sancta cruce prefatio.

Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebat/inde vita resurgeret. Et q in ligno vicerat: in ligno quoq3 vinceretur. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuā laudant angeli: adorant dominationes: tremūt potestates. Celi celorūq3 virtutes ac beata seraphin: socia exultatione concelebrāt. Cū quibus & nostras voces/vt admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes.

De sancta maria prefatio.

Eterne deus. Et te in conceptione. Et te in annūciatione. Et te in assumptiōe. Et te in natiuitate. Et te in visitatiōe. Et te in veneratione beate et gloriose semperq3 virginis marie exultantib⁹ animis laudare/benedicere/& pdicare. Que & vnigenitum tuum sancti spiritus obumbratione cōcepit/& virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternū effudit/iesum christum dominum nostrū. Per quem maiestatem tuam. vt s.

De apostolis prefatio.

Eterne deus. Et te dn̄e suppliciter exorare vt gregē tuū pastor eterne nō deseras: sed p beatos apostolos tuos ɔtinua ptectione custodias. Vt ijsdem rectorib⁹ gubernet: quos opis tui vicarios eidem cōtulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archāgelis/cū thronis et dominationibus. Cumq3 omni militia celestis exercitus/hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes.

Prefatio communis.

Per omnia secula seculorū. Amē. Dominus vobiscū. Et cum spiritu tuo. Hic eleuet sacerd man⁹ dicēs. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare nos tibi semper et vbiq3 gratias agere/domine sancte pater omnipotēs eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli/adorant dominationes/tremunt potestates. Celi celorumq3 virtutes ac beata seraphin. &c. vt s. Sanctus sanctus sanctus. Item in alijs prefationibus. Et ideo. vt s. Sanct⁹ sanctus sanctus dominus de⁹ sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua: osāna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine dn̄i: osanna i excelsis. Quādo vltimo fit seruitium de sancta maria ante aduētū: & ante septuagesimā: & in octaua visitatiōis/assumptionis/& natiuitatis beate marie: tūc dicit hoc modo. Benedictus marie filius q venit in noie domini. &c. Deinde confestim manib⁹ iunctis & oculis eleuatis incipiat. Te igitur clemētissime pater. corpore inclinato donec dixerit. Ac petimus.



Te igitur clemētissime pat̄ ꝑ iesum christum filium tuum dominū nostrū supplices rogamus corpore inclinato donec dicat ac petimus. Hic erigēs se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificij dicens. Uti accepta habeas et benedicas. Hic faciat sacerdos tres cruces super calicem dicendo. Hec ✠ dona Hec ✠ munera Hec ✠ sancta sacrificia illibata. Factis signaculis super calicē eleuet manus suas ita dicens.

In primis que tibi offerim⁹ pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire: adunare: et regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N. idest proprio episcopo tantum et rege nostro N. et dicuntur nominatim. Sequatur et omnibus orthodoxis atque catholice et apostolice fidei cultorib⁹. Hic oret ꝑ viuis.

Memento domine famulorum famularumque tuarum N. et N. In qua oratione ordo debet attendi ꝑpter ordinem charitatis. Quinquies oret sacer. Primo pro seipso. Secundo pro patre et matre carnali et spirituali et pro alijs parentibus. Tertio ꝑ amicis specialibus / parochianis / et alijs. Quarto pro omnibus assistentibus. Quinto pro omni populo christiano: et potest hic sacerdos omnes suos amicos deo commendare. Consulo tamen vt nullus ibidem nimis immoretur: tum propter cordis distractionem: tum propter immissiones que possunt fieri per angelos malos: tum propter alia picula. Et omnium circumastantiū: quorum tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus / vel q̄ tibi offerunt hoc sacrificium laudis: ꝑ se suisque oib⁹ / ꝑ redemptione animarū suarū / pro spe salutis et icolumitatꝫ sue: tibique reddūt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicantes et memoriam venerantes. In primis gloriose semperque virginis Inclinādo parumper dicat. marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorū / ac martyrum tuorum Petri / Pauli / Andree / Jacobi / Johannis / Thome / Jacobi / Philippi / Bartholomei / Mathei / Simonis et Thadei. Lini / Cleti / Clemētis / Sixti Cornelij / Cypriani / Laurentij / Chrisogoni / Johannis et Pauli / Cosme et Damiani. Et omnium sctōrū tuorū. Quorū meritis precibusque ꝯcedas: vt in omnib⁹ protectionis tue muniamur auxilio. Per eūdē christū dn̄m nr̄m. Amē. Hic respiciat sacerdos hostiam cū magna veneratione dicens.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue q̄s dn̄e vt placat⁹ accipias: diesque nostros i tua pace disponas / atque ab eterna damnatione nos eripi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christum do-

minum nostrum. Amen. Hic iterũ respiciat hostiam dicens.

Quam oblationem tu deus omnipotens in omnib⁹ quesumus. Hic faciat tres cruces super vtrunqȝ cum dicat be ✠ nedictam/ascri ✠ ptam/ra ✠ tam/rationabilem/acceptabilemqȝ facere digneris: vt nobis Hic faciat crucem super panem dicens. cor ✠ p⁹. Hic super calicem et san ✠ guis. Iunctisqȝ manibus dicens fiat dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi Hic erigat sacerdos manus et coniungat: et postea tergat digitos/et eleuet hostiam dicens.

Qui pridie q̃ pateretur: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: ⁊ eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos suos ad te deum patrem suum omnipotentem. Hic inclinet se/et postea eleuet paululũ dicens tibi gratias agens. be ✠ nedixit/fregit. Hic tangat hostiam dicens deditqȝ discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Et debent ista verba proferri cum vno spiritu/et sub vna prolatiõe/nulla pausatiõe interposita. Post hec v̾ba inclinet se sacerdos ad hostiam/⁊ postea eleuet eam supra frontem vt possit a populo videri: et reuerent̃ illam reponat ante calicem in modum crucis per eandem facte. Et tunc discooperiat calicem/et teneat inter manus suas non disiungendo pollicem ab indice: nisi dum facit benedictiones tantum/ita dicens.

Simili modo postea q̃ cenatum est: accipiens et hũc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus. item tibi Hic inclinet se dicens gratias agens bene ✠ dixit deditqȝ discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex hoc omnes. Hic eleuet sacerdos parum calicem ita dicens.

Hic est enim calix sãguinis mei/noui et eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hic eleuet calicem vsqȝ ad pectus vel vltra caput dicens. Hec quotiescũqȝ feceritis/i mei memoriã facietis. Hic reponat calicẽ ⁊ fricet digitos suos vltra calicẽ ppt micas ⁊ cooperiat calicẽ. Deinde eleuet brachia sua in modũ crucis iunctis digitis vsqȝ ad hec v̾ba de tuis donis.

Unde et memores dñe nos tui serui: sȝ et plebs tua sancta eiusdẽ xp̄i filij tui dñi dei nr̃i tam beate passionis: nec non et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerim⁹ preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic quinqȝ cruces fiãt: scȝ tres prime cruces sup hostiã et calicẽ dicendo hostiã pu ✠ ram: hostiam san ✠ ctam: hostiam immacu ✠ latam. Quarta super panem tm̃ dicendo pa ✠ nẽ sanctũ vite eterne. Quinta super calicem dicendo. et ca ✠ licem salutis perpetue.

Supra q̃ propitio ac sereno vultu respicere digneris/et accepta habere sicuti accepta habere dignat⁹ es munera pueri tui iusti abel: et sacrificiũ patriarche nr̃i abrahe: et qd̾ tibi obtulit summ⁹ sacerdos tuus melchisedech sanctũ sacrificium immaculatam hostiã.

Hic sacerdos corpore inclinato: et cancellatis manibus dicat. Supplices te rogamus. usq ad hec verba. ex hac altaris participatione, et tunc erigat se deosculans altare a dextris sacrificij: et faciat signũ crucis super hostiam et calicem et in facie sua cum dicit. omni benedictione celesti.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue: vt quotquot. Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificij dicens, ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui. Hic faciat signũ crucis super hostiam dicens. cor ✠ pus deinde super calicem dicens et san ✠ guinem sumpserimus: omni. Hic signet se in faciem dicens. benedictiõe celesti et gratia repleamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Hic oret pro mortuis.

Memento etiam domine animarum famulorũ famularumq tuarũ N. et N. qui nos precesserunt cum signo fidei: et dormiunt in somno pacis. Reminiscatur defunctorum: eorum precipue pro quibus tenetur orare. Deinde dicat.

Ipsis domine et omnibus in christo quiescẽtibus: locũ refrigerij lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem christum dominũ nostrum. Amen. Hic percutiat pectus suum semel dicens.

Nobis quoq peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationũ tuarum sperantibus partem aliquam/ et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus: cum Johanne: Stephano: Mathia: Barnaba: Ignatio: Alexãdro: Marcellino: Petro: Felicitate: Perpetua: Agatha: Lucia: Agnete: Cecilia: Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis. Intra quorũ nos cõsortium non estimator meriti/ sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dominum nostrum. Non dicitur Amen. Per quem hec omnia domine semper bona creas. Hic ter signet calicem dicens. sancti ✠ ficas/ viui ✠ ficas/ bene ✠ dicis/ et pstas nobis. Hic discooperiat calicem: et faciat signaculum crucis cum hostia quinquies: primo vltra calicem ex vtraq parte illius calicis: secundo calici equale: tertio infra calicẽ. quarto sicut primo, quinto ante calicem. per ip ✠ sum/ et cũ ip ✠ so/ et in ip ✠ so/ est tibi deo patri omnipo ✠ tenti in vnitate spiritus ✠ sancti/ omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicẽ et teneat manus suas super altare vsq dum dicitur Pater noster. ita dicens.

Per omnia secula seculorũ. Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti/ et diuina institutione formati audemus dicere. Hic accipiat diaconus patenam/ eamq a dextris sacerdotis extẽto brachio in altum vsq Da propitius. discoopertã teneat. Hic eleuet sacerdos manus dicens, Pater noster q es in celis sanctificetur nomẽ tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Chorus dicat Sed libera nos a malo. Sacerdos priuatim. Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria, et beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea cum omnibus sanctis. Hic committat diaco. pate. sacer. deosculans manum eius: et sac. deosculetur pate. postea ponat ad sinistrum oculum: deinde ad dextrum: postea faciat crucem cum patena ultra caput/ et tunc reponat eam in locum suum dicens.

Da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi/ et ab omni perturbatione securi. Hic discooperiat calicem et sumat corpus cum inclinatione transponens in concauitate calicis retinendo inter pollices et indices/ et frangat in tres partes. Prima fractio dum dicit Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. secunda fractio. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et tertiam fracturam in dextera manu in summitate calicis: ita dicens aperta voce. Per omnia secula seculorum. Chorus respondeat Amen. Hic faciat tres cru. intra calicem cum tertia parte hostie dicendo Pax domini + sit sem + per vo + biscum. Chorus. Et cum spiritu tuo. Ad Agnus dei. dicendum accedant diaco. et subdiaco. ad sacerdo. vterque a dextris: diaco. proprior/ subdia. remotior et dicant priuatim. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem. In missis pro defunctis dicitur hoc modo. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona eis requiem. cum hac additione in tertia repetitione sempiternam. hic cruce signando deponat dictam tertiam partem hostie in sacramentum sanguinis: sic dicendo.

Hec sacro + sancta commixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi fiat mihi omnibusque sumentibus salus mentis et corporis: et ad vitam eternam promerendam et capessendam preparatio salutaris. Per eundem dominum nostrum. Amen.

Antequam pax detur dicat sacerdos.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: da michi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem filij tui domini nostri iesu christi ita digne sumere: vt merear per hoc remissionem omnium peccatorum meorum accipere/ et tuo sancto spiritu repleri/ et pacem tuam habere: quia tu es deus solus/ et preter te non est alius: cuius regnum et imperium gloriosum sine fine permanet in secula seculorum. Amen. Hic osculetur sacer. corporalia in dextera parte: et summitatem calicis/ et postea dia. dicens. Pax tibi et ecclesie dei. Responsio. Et cum spiritu tuo. Dia. a dextris sacer. ab eo pacem recipiat: et subdi. porrigat. Deinde ad gradum chori ipse dia. pacem portet rectoribus chori: et ipsi pacem cho. portent vterque sue parti incipiens a maio-

rib⁹. In fe. Ho ꝛ fe. qn̄ chorus nō regit: pax a diac. choro apportat̄ p duos extremos de scd̄a forma: cetera sic p̄ri⁹. Post pacē datā dicat sacer. orōnē seq. priuati an̄q̄ se ꝯmunicet: tenēdo hostiā duab⁹ manib⁹.

Deus pat̄ fons ꝛ origo toti⁹ bonitatis / q̄ duct⁹ mia vnigenitū tuū p nobis ad infima mūdi descēdere ꝛ carnē sumere voluisti: quē ego indign⁹ hic i manibus meis teneo: Hic inclinet se sacerd. ad hostiā di. Te adoro / te glorifico / te tota mentis ac cordis intētione laudo: et precor vt nos famulos tuos non deseras: sed peccata nostra dimittas: quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eundē christum dominum nostrū. Amen.

Domine iesu xp̄e fili dei viui q̄ ex volūtate p̄ris coopērāte spū sc̄tō per mortē tuā mūdū viuificasti / libera me queso per hoc sacrosc̄tm̄ corpus ꝛ hūc sanguinē tuū a cūctis iniq̄tatib⁹ meis / ꝛ ab vniuersis malis: ꝛ fac me tuis sēp obedire mādatis / ꝛ a te nūq̄ i ppetuū separi pmittas saluator mundi. Qui cū dō p̄re ꝛ eodē spū sc̄tō viuis ꝛ reg. de⁹. p oia sc̄la sc̄lor. am.

Corporis ꝛ sanguinis tui domine iesu christe sacramentū qd̄ (licet indignus) accipio / non sit michi iudicio et condēnationi: sed tua prosit pietate corporis mei et anime saluti. Amen. Ad corpus di. cū humiliatiōe anteq̄ accipiat. Aue in eternū sc̄tissima caro xp̄i: michi ante oia ꝛ sup oia sūma dulcedo. Corp⁹ dn̄i nr̄i iesu xp̄i / sit michi petōri via ꝛ vita. In noīe ✠ patris et filij et spiritussancti. Amen. Hic sumat corp⁹ cruce prius facta cū ipso corpe an̄ os. Deinde ad sanguinē cum magna deuotiōe dicat. Aue in eternū celestis potus: michi ante oīa et super oia summa dulcedo. Corpus et sanguis domini nostri iesu xp̄i prosit michi petōri ad remedium sempiternum in vitam eternā. Amē. In noīe ✠ p̄ris, ꝛc. Hic sumat sanguinē: quo sumpto inclinet se et dicat orationem.

Gratias tibi ago domine sancte pater oīpotens eterne deus / qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine filij tui domini nostri iesu christi: ꝛ precor vt hoc sacramentum salutis nostre quod sumpsi indignus petōr: nō veniat michi ad iudicium neq̄ ad condēnationem p meritis meis: sed ad profectum corpis mei et anime salutē in vitam eternam. Amē. Qua dicta: eat sacer. ad dextrū cornu altaris cū calice inter manus digitꝭ adhuc ꝯiunctis sicut prius / et accedat subd. ꝛ effundat in calicē vinū / et resinceret sacerd. man⁹ suas ne alique reliq̄e corpis et sanguinis remaneāt i digitis vel i calice. Cū vero aliq̄s sacer. debeat bis celebrare i vno die: tūc ad primā missā nō debet pcipere ablutionē vllā sed ponere in sacrario vel in vase mundo vsq̄ in finē alterius misse / et tunc sumatur vtraq̄ ablutio. Post primam ablutionē dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsim⁹ dn̄e pura mēte capiamus: ꝛ de munere tēporali / fiat nobis remediū sempiternū. Hic lauet digitos i cōcauitate calicis cū vino īfuso a sub

diacono: quo hausto sequitur Oratio.

Hoc nos communio domine purget a crimine: et celestis remedii faciat esse consortes. Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenam: ut si quid remaneat stillet/ et postea inclinato se dicat. Adoremus crucis signaculum: per quod salutis sumpsimus sacramentum. Deinde lavet manus: diaconus interim corporalia complicet. Ablutis manibus et redeunte sacer. ad dextrum cornu altaris: diaconus calicem porrigat ori sacerdotis: si quid infusionis in eo remanserit resumendum. Postea vero dicat cum suis ministris communionem. Deinde facto signo crucis in facie vertat se sacer. ad populum: elevatisque aliquantulum brachiis et iunctis manibus dicat Dominus vobiscum. iterum revertens se ad altare dicens. Oremus. Deinde dicat postcommuniones iuxta numerum et ordinem antedictarum orationum ante epistolam. Finita ultima postcommunione factoque signo crucis in fronte: iterum vertat se sac. ad populum et dicat. Dominus vobiscum. Deinde diaconus. Benedicamus domino. Alio vero tempore dicitur Ite missa est. Quotienscunque enim dicitur Ite missa est. semper dicitur ad populum convertendo. Et cum dici debeat Benedicamus domino, vel Requiescant in pace. Convertendo ad altare dicitur Benedicamus domino. His dictis sacerdos inclinato corpore iunctisque manibus tacita voce coram altari in medio dicat hanc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium servitutis mee: et presta ut hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile/ michique et omnibus pro quibus illud obtuli/ sit te miserante propitiabile. Qui vivis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Qua oratione finita erigat se sacerdos signans se in facie sua: dicens. In nomine patris etc. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse: sic induti cum ceroferariis et ceteris ministris redeant. Et statim post Deo gratias, incipiatur in choro hora nona: quando post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat evangelium. In principio. Cum vero sacer. exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia: dicat psalmos subscriptos cum antiphona. Trium puerorum. psal. Benedicite sacerdo. usque ad finem cantici. ps. Laudate dominum in sanctis eius. to. ps. Nunc dimittis. cum Gloria patri et Sicut erat. Deinde dicitur tota antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabant in camino ignis/ benedicentes dominum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicat et custodiat nos trinitas sancta. Amen. Non intres in iudicium cum servo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine: ut tibi casto corpore serviamus: et

mundo corde placeamus. Oratio.

Actiões nostras quesumus domine aspirando preueni/ et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio et oratio a te semper incipiat/ et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes sic. Per christũ dñm nostrũ. Amē.

¶ In commemoratione sancte trinitatis Officium.



Benedicta sit sancta trinitas/ atq; indiuisa vnitas: confitebimur ei quia fecit nobiscũ misericordiam suã. In tempore paschali. Alleluia alla. ps. Benedicam⁹ patrē et filium cum sancto spiritu. Oratio.

Omñps sempitne deus: q̃ dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere/ et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesum⁹ vt eiusdem fidei firmitate/ ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas de⁹. Ad rom.

Actu. xi. A. O Altitudo diuitiarũ sapientie et scientie dei: q̃ incomprehensibilia sunt iudicia ei⁹: & inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum dñi? Aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorũ. Amē.

Ad corinthios.

Fratres. Gratia domini nostri iesu christi & charitas dei et communicatio sancti spirit⁹ sit semper cum omnibus vobis. In christo iesu domino nostro. Gr. Benedictus es domine qui intueris abyssos: et sedes super cherubin. Vsus. Benedicite deum celi quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alleluia, Vsus Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Alleluia. Vsus Laudate pueri dominum: laudate nomē domini. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et vsq; in seculum. Sequentia. Cas. xiij. D

Benedicta sit sancta trinitas/ deitas eterna/ coequalis gloria. Deus genitor/ deus genitus/ cum sacro pneumate permanēs super omne qđ extat. Quibus est vna semper voluntas/ et a se discrepãs nunq̃ triplicata persona. Nam constat deitas vna/ nõ in tres deos diuisa: quod fides fatetur a christo orthodoxe dedita. Hec nanq; pellit delicta/ patriam reddit serenam: cui dulcem iubilant agmina symphoniam celica. Alti throni vestigia imitantur stolis cãdidata. Operiunturq; binas quas captãt post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia superna/ demus nostra debita. Quatenus caterua nobis celica maneat post funera socia: vltimoq; peracto discrimine petimus altis perfrui mox palatijs. Quo perspicua lux flagrat / accensa constanti flamma que deus est / visio nostra et salus eterna. Angelorum q̃ illustrat fortiter pectora: vt in christo solo sua defigant lumina. Hec nanq; est illa sitis flagrans qua tunc sitient

anime sanctorum et corpora. Cum finaliter data ppetua bonis p eis a iudice premia. Secdm iohanne.

Johā. xv. D. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus / quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absq synagogis facient vos. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos / arbitret obsequium se pstare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neq me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum: reminiscamini quia ego dixi vobis. Offer. Benedictus deus pat / vnigenitusq dei filius / sanctus quoq spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suā. In paschali tpe alla. Secreta.

Sanctifica quesumus domine deus trinitas sancta per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiā: et cooperante spiritu sancto / per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Qui viuis. In vnitate eiusdem. Prefatio. Qui cum vnigenito. Communio. Benedicimus deum celi: et coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempe paschali alla alla. Postcōio.

Proficiat nobis ad salutem corporis & anime domine deus huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis / eiusdemq indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

In commemoratione sancti spiritus. Ad missam. Introitus



Spiritus domini repleuit orbē terrarum alleluia / et hoc quod cōtinet omnia scientiā habet vocis alla alleluia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oro.

Deus q corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere / et de eius semper consolatione gaudere. Per dnm nostrū iesum xpm filiū. in vnitate eiusdē.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepisset samaria verbum dei: miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent: orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondū enim in quēq illorū venerat: sed baptizati tantum erāt in nomine domini iesu. Tunc imponebāt manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum. Gr. Beata gens cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit in hereditatem sibi. Vsus. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia. V. Veni sancte spiritus / reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende. In tpe pasc. primū alla. V. Emitte spm. scdm alla. V. Veni scte. vt supra. Seqntia.

Actu. viii. C

Sancti spiritus assit nobis gratia. Que corda nostra sibi faciat habitacula. Expulsis inde cũctis vitijs spiritalibus. Spiritus alme illustrator omniũ. Horridas nostre mentis purga tenebras. Amator sancte sensatorum semper cogitatuum. Infunde vnctionem tuam clemens nostris sensibus. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus. Purifica nostri oculum interioris hominis. Ut videri supremus genitor possit a nobis. Mũdi cordis quẽ soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia christi p totũ mũdũ veherent. Quãdo machinã per verbũ suũ fecit deus celi terre mariũ. Tu sup aquas fotus eas numen tuũ expãdisti spũs. Tu aiabus viuificandis aquas fecũdas. Tu aspirãdo das spiritales esse hoies. Tu diuisum per linguas mundũ et ritus adunasti dñe. Idolatras ad cultum dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi propitius sancte spiritus. Sine quo omnes preces casse creduntur / et indigne dei auribus. Tu qui omnium seculorum sanctos Tui nois docuisti instinctu amplectẽdo spũs. Ipse hodie apostolos christi donans munere insolito / et cunctis inaudito seculis: hunc diẽ gloriosum fecisti. Scdm Johãnẽ.

Cap. xiiij. ¶ In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit. Et pat meus diliget eũ: et ad eũ veniemus: et mãsionẽ apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me sermones meos non seruat. Et sermonẽ quẽ audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacẽ meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Nõ turbetur cor vestrũ: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me / gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nũc dixi vobis priusq; fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrẽ: et sicut mãdatum dedit michi pater / sic facio.

Offr. Cõfirma hoc deus qđ operatus es in nobis a tẽplo tuo quod est in hierusalẽ: tibi offerẽt reges munera alleluia. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratiõe emunda. Per eundẽ. eiusdem. Prefatio. Qui ascendens. Non dicitur in hac prefatione hodierna die nisi in hebdomada penteco. tantum.

Communio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis / vbi erant sedentes alleluia: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei. alleluia alleluia. Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. in vnitate eiusdẽ.

¶ Missa de cruce. Introitus.



Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu christi: i quo est salus vita et resurrectio nostra/ per quem saluati et liberati sumus. In tempore paschali. alleluia alleluia. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos / et misereatur nostri. Nō dicit Gloria in excelsis. Or.

Deus qui unigeniti filij tui domini nostri iesu christi pcioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: cōcede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore/ tua quoque ubique protectione gaudere. Per eundem. Ad philippenses.

Cap. ij. A. Fratres. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortē autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomē: ut in nomine iesu omne genu flectatur: celestium/ terrestrium/ et infernorum. Et omnis lingua cōfiteatur quia dominus noster iesus christus in gloria est dei patris. Gradale. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortē autem crucis Vs. Propter quod et deus exaltauit illū: et dedit illi nomē quod est super omne nomen. Alla. Vs. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferens pōdera: que sola fuisti digna sustinere regem celorū et dūm In tempore pasc. scđz Alr. Vs. Nos autē gloriari oportet i cruce dñi nostri iesu xpi. Sequētia.

Salue crux scta arbor digna. Cuius robur pciosum mundi fert talentum. Ut hostis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodque exortus mortis primis erat terrigenis paradiso pulsis: Causa etiam vite foret cunctis christi morte vere viuificandis. Horrificum tu es semper signum inimicis crux sancta seuis. Quā mors pauet infernusque timet: que christo suos reconsignas. Cui laus sit in euum. Secundum Matheum.

In illo tempore. Ascēdens iesus hierosolymā/ assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: et filius hominis tradetur principibus sacerdotū et scribis: et cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gentibus ad illudendum: et crucifigendum. Et tertia die resurget. Cap. xx. B. Offertoriū. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat seruitium nostrum. In tempore paschali. alleluia. Secreta.

Hec oblatio (q̄s dñe) ab omnibus nos purget offensis: q̄ i ara crucis imolata etiā totius mūdi tulit offēsas. Per do. Prefatio. Qui salutē. Cōio. Per lignū serui facti sumus: et per sanctā crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos alleluia. Et finiatur cum alla. quādocūque dicitur: nisi a. lxx. usque ad pascha. Postcommunio.

Adesto nobis dñe deus nr̄: ut quos sctē crucis letari facis honore/ eius quoque ppetuis defen

de subsidijs. Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vni. ⁊ cetera.

¶ Officium misse de quinq; vulneribus domini nostri iesu christi. Introitus.



HUmiliauit semet ipsum domin⁹ noster ies⁹ christ⁹ vsq; ad mortem/mortẽ autem crucis: ꝓpter quod et deus exaltauit illum/et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ps. Misericordias domini in eternum cãtabo. Et dicitur Gloria in excelsis. nisi per aduentũ et a quadragesima vsq; ad pascha. Oro.

DOmine iesu christe fili dei viui: q̄ de celo ad terram de sinu patris descendisti: et in ligno crucis quinq; plagas sustinuisti: et sanguinẽ tuũ preciosum in remissionem pctõꝝ nostrorũ effudisti: te humiliter depcamur vt in die iudicij ad dexterã tuã statuti a te audire mereamur: venite bñdicti in regno p̃ris mei. Qui cũ eodẽ p̃re in vnita. spũs sancti vi. ⁊ regñ. deus. Per omnia. Lectio zacharie pphe.

Cap. xij. A. HEc dicit dominus deus. Effundam de spiritu meo sup domum dauid: et super habitatores hierusalem spiritum gratie et miserationis. Et aspicient in eum quem confixerunt/et plãgent eum planctu quasi super vnigenitum: ⁊ dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit planctus magnus in hierusalem: et dicetur ei. Que sunt iste plage in medio manuum tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meum: et super virum coherentem mihi: dicit dominus exercituũ. Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Dicit dominus ops.

Gr. Improperium expectauit cor meum et miseriam: et sustinui qui simul contristaretur et nõ fuit: consolantẽ me quesiui ⁊ nõ inueni. Versus. Et dederũt in escam meam fel: et in siti mea potauerũt me aceto. Alleluia. V⁹. Aue rex noster iesu christe: qui solus nostros errores ⁊ reatus miseratus pertulisti: patri obediens ductus es ad crucem: vt agnus mansuetus ad occisionem: tibi gloria osanna: tibi summe laudis et honestatis corona. Sequentia.

CEnam cum discipulis christe celebrasti/et mortẽ apostolis palã nunciasti: et auctorẽ sceleris iudã demõstrasti/et egressus protinus ortulum intrasti. Tũc ꝓcidẽs dñs humo se ꝓstrauit: ⁊ trãsferri calicem a se postulauit: sʒ patris arbitrio illũ cõmendauit/mox et ecce sanguinis sudor emanauit. Iudas post hec osculum ori dedit christi: ad quid (inquit dñs) amice venisti? nunquid tradis osculo quẽ iã vendidisti? assistentes protinus irruũt ministri. Nox insõnis itaq; tota ducebat/nulla prorsus requies iesu prestabatur: iudeorum impia plebs iniuriatur/alapis et colaphis innocens mactatur. Dum iesum eripere pilatus conatur/iudeorum furia magis inflammat: et plebis vox itonat vt crucifigat.

Traditur militib⁹/vinculis arta tur: vndiqʒ verberibus corpus cru entatur: caput regis glorie spinis coronatur/postqʒ flexis genibus quisquis irritatur. Ecce caro tenera pii saluatoris/ad columnā nequiter coartatur loris: sic flagellis ceditur impiis tortorʒ/ꝙ emanant riuuli rubei cruoris. Post per vrbis medium iesus procedebat/et crucis patibulum hūerʒ ferebat: ad fores et hostia populus fluebat/eiusqʒ confusio omnibus patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudarʒ/vē tōqʒ cū frigore nud⁹ spoliaris/innocens cum impiis in cruce damnaris/et quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachiis manus conclauantur/corpus mēbra singula clauis tractabantur/nerui vene simili modo laniantur/pedum plante etiā ferro cōclauātur. Fundunt riuos sanguinis mēbra saluatorʒ: properet huc anima tristis peccatoris: hauriat vt quippiam sacrati liquoris: quo frequēter liniat vulnera doloris. Loquens iesus postea sitio dicebat: et acetū protinus felle ꝗs miscebat: ac infusum spōgia ori porrigebat: qḋ degustans paululū sumere nolebat. Mi iesu mirifice qḋ ē qḋ agebas: tu de siti cōquerēs de cruce silebas: nunquid hanc dolorib⁹ magis sentiebas: sed salutem potius nostrā sitiebas. Vocem promens vltimā patrem inuocasti: spiritumqʒ manibus eius commendasti: ⁊ clamore valido tandem expirasti: et salutem omniū ita consummasti. Nūc ego superbio/tu humiliaris: ego culpas perpetro/tu pena grauarʒ: ego pomum mordeo/tu felle potaris: ego peto mollia/tu dure tractaris. Demū cuius valeat mens vel lingua fari/quātū virgo credit intus cruciari/dum cōcernit mortui latus vulnerari: atqʒ nati viscera lancea rimari. Corp⁹ cui⁹ mortuum iam nil sentiebat: sed militis lancea pectus cōscindebat/quā fixam i latere filii videbat/vn̄ aqua sanguine mixta effluebat. Ad hūc ergo ꝓpera fontē redēptorʒ: vt fluētis quippiā haurias dulcorʒ: atqʒ vite lauachꝛ pciū cruorʒ/quo tui curatio ꝓfluat lāguoris. Tract⁹.

Iudica me de⁹ ⁊ discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

Quia tu es de⁹ fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo/dum affligit me inimicus.

Testes eni iniqui insurrexerunt aduersum me: ⁊ mentita est iniquitas sibi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me/diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.

Foderunt manus meas ⁊ pedes meos/et dinumerauerunt oīa ossa mea: et dolorē sup dolorē vulnerib⁹ meis addiderūt. Scdm Johēm.

In illo tpe. Presciēs iesus qꝛ iam oīa cōsummata erāt de ipso: vt cōsummaret scriptura/dixit. Sitio. Vas ergo erat positū aceto plenū. Illi aūt spōgiā plenā aceto hysopo circūponentes: obtu Cap. xix. C

runt ori eius. Et cum accepisset ie-
sus acetum: dixit. Consumma-
tum est. Et inclinato capite: tradi-
dit spiritum. Judei ergo quoniam
parasceue erat: vt non remaneret
in cruce corpora sabbato (erat eni
magnus dies ille sabbati) rogaue
runt pilatum vt frangerentur eo-
rum crura: et tollerentur. Vene-
runt ergo milites / et primi quidē
fregerunt crura: et alterius qui cru
cifixus est cum eo. Ad iesum autē
cum venissent: vt viderunt eū iam
mortuum / non fregerunt eius cru-
ra. Sed vnus militum lancea la-
tus eius aperuit: et continuo exi-
uit sanguis et aqua. Et qui vidit
testimonium perhibuit: et verum
est testimonium eius. Offertoriū.
Insurrexerunt in me testes iniqui / absq; mi
sericordia quesierunt me interficere: et non
pepercerunt in faciem meam spuere: et lan-
ceis suis vulnerauerunt me: et concussa sunt
omnia ossa mea. Secreta.

Domine iesu christe qui pro
mundi redemptione crucis
signum ascendisti / vt vniuersus
mundus qui in tenebris erat illu-
minaretur: illam quesum⁹ lucem
in animas nostras et corpora in-
fūde / per quam ad eternam lucem
peruenire mereamur. Qui cum pa
tre et spiritu sancto viuis et reg.
Prefatio. Qui sa. Cōio. Foderunt
manus meas et pedes meos: et dinumera-
uerunt omnia ossa mea. Postcōio.

Domine iesu christe qui ho-
ra diei sexta pro redēptione
mundi crucis patibulum ascendi-
sti: et sanguinē tuum preciosum in
remissionem peccatorum nostrorū
fudisti: te humiliter deprecamur vt
per tue passionis et vulnerum tuo-
rum merita / post obitū nrm para-
disi ianuā gaudēter mereamur in-
troire. Qui cū deo prē et spū. s. vi.
Missa quotidiana de btā ma. offm.



Salue sancta parens enixa puerpera re-
gem qui celū terramq; re-
git in secula seculorum.
In tpe pasc. alleluia. ps.
Benedicta tu in mulieribus: et be
nedictus fructus ventris tui. Oratio.

Concede nos famulos tuos
quesumus domine deus per
petua mētis et corporis salute gau
dere: et gloriosa beate marie semp
virginis intercessione a presenti li
berari tristitia: et eterna perfrui le
titia. Per do. Lectio libri sapiētie.

Ab initio et ante secula crea Eccli.
ta sum: et vsq; ad futurum 24.
seculum non desinam: et in habita B.
tione sancta coram ipso ministra-
ui. Et sic in sion firmata sum: et in
ciuitate sanctificata similiter re-
quieui / et in hierusalem potestas
mea. Et radicaui in populo honori
ficato: et in partes dei mei heredi-
tas illius. Et in plenitudine san-
ctorum detentio mea. Gr. Benedicta
et venerabilis es virgo maria: que sine ta-
ctu pudoris inuenta es mater saluatoris.
℣. Uirgo dei genitrix quem totus non ca
pit orbis: in tua se clausit viscera fact⁹ hō.
Sciendum est q si in tēpore pasc.
fiat de fes. annūciatiōis btē marie

in capella erit primum Alla. ℣. Per te dei genitrix et secundum Alla. ℣. Aue maria. Item in die assumptiōis beate marie / dominica infra octauas / et ī octauo die. Alleluia. ℣. Hodie virgo maria. In choro et in capella per octauas. Alleluia. ℣. Assumpta est maria in choro et in capella. Itē in natiuitate btē marie / dominica infra octauas / ꝛ in octauo die Alleluia. ℣. Natiuitas gloriose in choro et in capella. et per octauas Alleluia. ℣sus Per te dei genitrix in choro et in capella.

Sciendum est q̄ a purificatiōe vsq; ad septuagesimā / et a Deus omnium. vsq; ad aduentum dn̄i quando fit plenum seruitium de sancta maria quacūq; feria contigerit sēper dicitur sequens Alleluia. ℣. Salue virgo mater dei templum sancti spiritus: que sola vocari digne meruisti regina celorum et domina. Nisi in tempore pasc. tūc enim semper erit primum Alla. ℣. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data: que de celo suscepisti prolem / et mūdo genuisti saluatorem et secundum Alleluia quando fit plenū seruitium de resurrectiōe sicut in alio festo cum regimine chori dicitur sequens ad placitum. In capella aūt primum Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. Secundū vero Alleluia. diuersimode dicitur per totam hebdomadam: videlicet die dominica. Alleluia. ℣. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniam delictorum tuis supplicibus. Feria secunda. Alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Feria tertia. Alleluia. ℣. Ora pro nobis pia virgo maria: vnde christus natus est pro nobis peccatoribus ora. Feria quarta. Alleluia. ℣. Virtutes celi te venerantur virgo maria / tuum vnigenitum cōtemplantes ad dexteram dei patris in potestate et maiestate magna. Feria. v. Alleluia. ℣. Veni electa mea et ponam te in thronum meū: quia concupiuit rex speciem tuam. Feria. vi. Alla. ℣. Salue virgo. Sabbato. Alla. ℣. Virga iesse floruit / virgo deum et hominē genuit: pacē deus reddidit / in se recōcilians ima sūmis. Ista. vii. Alleluia dicuntur in capella beate marie a puri. vsq; ad lxx. ꝛ a pascha vsq; ad aduē. do. nisi q̄ extra tempus pasche in loco illius Alla. ℣. Post partum dicit̄ Alla. ℣. Per te dei genitrix vt s̄. ꝛ exceptis prenominatis. Similiter in tempore paschali quando celebrat̄ missa de sancta maria sine nota: vel post missam fit memoria: tunc erit primum Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. et secundum Alleluia. ℣. Post partum. virgo. In hebdomada pasche etiam dicitur Gr. Benedicta et venerabilis es. Ad missam quotidianam de sancta maria vsq; ad sabbatum / et nō in ipso sabba. Sequentia dicit̄ per totū annū ad placitū. Sequētia.

Post partum virgo maria. Dei gēitrix fecūda: gratia tonantis plena. Aue terrarum domina: alma celorum regina. Tibi ethera omnisq; sāctorum turma depromat symphonia. Tellus flumina atq; siluarum nemora resultēt voce sua. Salue parens inclyta / felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra / extans virgo feta / mater intacta. Unde nostris eia faue votis domina: christū interpellās pro salute humana. Per

te mater aboleri filiorũ flagitamꝰ crimina. Nosq̃ oẽs introduci sẽpiterna paradisi gaudia. Quo perẽnis vite pfruamur glīa. Sequentia.

AUe maria gratia pleã. Dominꝰ tecum / virgo serena. Benedicta tu in mulieribꝰ / que peperisti pacem hominibꝰ / ꝛ angelis gloriã. Et benedictus fructus ventris tui / qui coheredes vt essemus sui nos fecit per grãm. Per hoc autem aue / mundo tam suaue / contra carnis iura. Genuisti prolẽ / nouũ stella solẽ / noua genitura. Tu paruiꝛ magni / leonis ꝛ agni / saluatoris christi templũ extitisti: sed virgo intacta. Tu floris et roris / panis ꝛ pastoris / ỽginũ regina / rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es mie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella / verbi dei cella / ꝛ solis aurora. Paradisi porta / per quam lux est orta: natũ tuũ ora. Nos vt lauet a peccatis: et in regno claritatis (quo lux lucet sedula) Collocet per secula. Amen. Sequentia.

LEtabundus exultet fidelis chorus / alleluia. Regem regum intacte profudit torus / res miranda. Angelus consilij natus est de virgine / sol de stella. Sol occasum nesciens / stella semper rutilans / semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filium pari forma. Neq̃ sydus radio / neq̃ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani / conformatur hysopo valle nostra. Uerbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Esaias cecinit / synagoga meminit / nunq̃ tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibꝰ credat vel gentilibus: sibyllinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gens misera. Quem docet littera Uatum considera. Ipsum genuit puerpera. ¶ Alia sequentia.

HAc clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepãdo symphonia nectarea. Mũdi domina q̃ es sola castissima virginum regina. Salutis causa / vite porta / atq̃ celi referta gratia. Nam ad illam sic nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semper benedicta. Uirgo et grauida / mater intacta / prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iam fient nuncia: Uiri noui nullam certe copulam. Ex quo atq̃ nata sũ incorrupta. Diue missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portãs q̃ gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. Alia sequentia.

AUe mundi spes maria: aue mitis / aue pia / aue plena grã. Aue virgo singularis: que per rubum designaris non passum incendia. Aue rosa speciosa / aue iesse virgula. Cuiꝰ fructus nostri luctꝰ relaxauit vincula. Aue cuius viscera contra carnis federa / ediderunt filium. Aue carens simili: mundo diu flebili reparasti gaudium. Aue virginum lucerna / per quam fulsit lux supna / his quos vmbra

tenuit. Aue virgo de qua nasci/ et de cuius lacte pasci/ rex celorum voluit. Aue gemma celi luminarium. Aue sancti spiritus sacrarium. O quam mirabilis et quam laudabilis hec est virginitas. In qua per spiritum facta paraclitum fulsit fecunditas. O quam sancta quam serena/ quam benigna quam amena esse virgo creditur. Per quam seruitus finitur/ porta celi aperitur/ et libertas redditur. O castitatis lilium/ tuum precare filium qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vitio/ in flebili iudicio subijciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mundans a peccati fece/ Collocet in lucis domo. Amen dicat omnis homo.

Alia sequentia

Hodierne lux diei/ celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semper virginis marie laudes et preconia. Omnis homo omni hora ipsam ora: et implora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto/ cordis oris voce voto/ aue plena gratia. Aue domina celorum/ inexperta viri torum/ parens paris nescia. Fecundata sine viro/ genuisti more miro genitorem filia. Florens ortus austro flante/ porta clausa post et ante/ via viris inuia. Fusa celi rore tellus/ fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti/ tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella/ ne inuoluat nos procella/ et tempestas obuia.

Secundum Lucam.

Cap. xi. D In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba/ dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud.

Aliud in tempore paschali.

Secundum Johannem.

Cap. xix. E In illo tempore. Stabant iuxta crucem iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat: dixit matri sue. Mulier/ ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Offertorium. Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster alleluia. Et finiatur cum alia. quandocunque dicitur nisi a. lxx. vsque ad pasc. et nisi in vigilia assumptionis tantum. Secreta.

Tua domine propitiatione et beate marie semper virginis intercessione/ ad perpetuam atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominum. Prefa. Et te in ve. Communio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. In tempore pascha. Communio. Vera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet. alleluia alleluia. Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostre subsidijs: da quesumus eius patrocinijs nos vbique protegi/ in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Missa pro defunctis.



Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem/ exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet.

Nota q ad quamlibet missam que pro corpore presenti cele. cuiuscumq fuerit nisi fuerit pro rege/ vel regina/ vel alio magno dño: quinq dicuntur orationes. Prima oratio. Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam supplices deprecamur vt aiam famu. &c. ij. oro Deus qui inter ap. iij. or. Deus venie larg. iiij. or. Omnipotēs et misericors deus vnica sa. v. oro. Fidelium. Infra trigita. quinq dicuntur or. j. Deus cui proprium. minor: et cetere orationes vt s pro corpore presenti. Item in. xiij. die omnes orationes dnr: vt infra trigita. In omnibus anniuersarijs quinq dicuntur or. j. Deus indulgen. cetere vt supra pro corpore presenti. Si missa pro corpore presenti vel anniuer. cuiuscumq fuerit infra trigita. celebretur: prima oro pro corpore presenti vel anniuer. dicitur. ij. pro triginta. oro Deus cui proprium. minor. iij Deus qui inter aposto. iiij. Deus venie largitor. v. Fidelium. Quandocumq corpus est presens et in anniuer. episcoporum et decanorum ecclesie postq executor officij in inceptione misse altare thur. diaco. cu thur. accedat: et corpus illud in feretro vel in tumba incenset: similiter ante euangelium dum tractus canitur incensato prius altari: et tertio postq sacerdos sacrificium ante lotionem loco suo dispositum thur. idem diaco. thur. sicut prius: qui circumeundo corpus in feretro vel tumba: sed ex vtraq parte vtraq vice incipiendo a capite semper cum thurifica. Nunq autem thurificatur corpus ad placebo. et Dirige. secundum vsum Sarisb. sed ad missam semper: nisi fuerit corpus regis/ episcopi/ comitis/ vel baronis. Quotidie ante diem sepulture pro corpore presenti cuiuscumq fuerit dicitur ista oratio. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices deprecamur pro aia famuli tui quā hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nō tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illā ab angelis sanctis suscipi/ atq ad regionem viuorū perduci: et q in te sperauit et credidit/ sanctorū tuorū mereatur societate letari. Per. Pro corpore presenti et in anniuer. et trigi. episcoporum: et in die animarum tantum. ¶ Epistola. Ad thessal. iiij.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientib vt nō contristemini: sicut et ceteri q spē non habēt. Si enī credimus q iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierūt per iesū adducet cū eo. Hoc enī vobis dicimus in verbo dñi: quia nos qui viuimus qui residui sumus/ in aduētu dñi non preueniemus eos qui dormierūt. Qm

ipse dñs in iussu/ et in voce archãgeli/et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in xpo sũt resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur/simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã christo i aera: et sic semp cũ dño erim⁹. Itaq3 cõsolamini inuicẽ: in ỽbis istis. In anniuer. et trigi. aliorũ quorũlz. Mach.

ij. xij.
G

IN diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia drachmas argenti misit hierosolymã / offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimã haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur.

He due sequẽ. epl'e legãẽ per totum annũ ad missã quotidia. pro defũ. alternis vicib⁹ per hebd. Lectio libri apocalypsis bti iohãnis apostoli.

Cap. xiiij.
C

IN diebus illis. Audiui vocẽ de celo dicentem mihi. Scribe. Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spirit⁹: vt requiescãt a laborib⁹ suis. Opa eñ illorũ sequuntur illos. Ad corinth.

i. xv.
C

FRatres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors / et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Vnusquisq3 autem in suo ordine.

In omnibus missis pro defunctis episcopis semp dicitẽ hoc gradale. Si ambulam in medio vmbre mortis nõ timebo mala qm̃ tu mecum es dñe. ỽ. Virga tua et baculus tu⁹ ipsa me consolata sunt.

Et idẽ gradale semper incipiatur et suus versus percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato ad caput defuncti si adest: sinautem/ad gradum chori. In omnibus alijs missis pro defũctis dicitur gradale Requiem eternã dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ỽ. Anime eorum in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terram.

ita ꝙ idem grad. incipiatur et su⁹ ỽsus percantetur a. iij. clericis de secunda forma habitu non mutato quãdocunq3 corpus adest ad caput defũcti tantum: sinautem/ad gradum chori et in die animarum in pulpito. Alias illud idem grad. Requiem eternam. ỽsus. Anime eorum. quotienscunq3 cantatur in ãniuer. et triginta. et in missis fer. pro defunctis: post eius inceptionem a toto cho. interim sedẽte absq3 neuma in fine percantetur. Quandocũq3 corpus adest: et in oib⁹ missis pro defũctis dicaẽ trac. Sicut seruus. ibidẽ vbi gr. a quatuor clericis de superiori gradu habitu nõ mutato: nequaꝙ vt in alijs tractibus alternati sedẽtibus/sed interi continue stantibus ad caput corporis quod psñs fuerit/ vel epĩ defũcti si adest: sinaũt/ad gradũ cho. quousq3 finierit ipsũ tractũ: ita ꝙ oẽs illi quatuor clerici sil' priũ ỽ. icipiãt: quẽ duo ex parte cho. pricipalis psequãtur. Sequẽs ỽ. ab alijs duob⁹ ex altera parte cãtetur et sic alternis vici

bus singuli v. toti9 tr. ab illis qui tuor dicuntur choro simul interim sedente: ita quidem vt omes simul ipsum tractũ terminẽt. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. V9. Sitiuit anima mea ad deũ viuum: quando veniã et apparebo ante faciem dei mei? Vsus. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus.

In anniuer. et trigin. et in omnib9 aliis missis pro defunctis dicitur sequens tr. a toto cho. alternatim simul interim sedente cum cãtu in gradali super hoc notato/ nisi i die aiarũ tantũ: tunc eni dr cum eodẽ cantu quo in do. lxx. a quatuor clericis de supiori gradu habitu non mutato ad gradũ cho. supra dicto modo scz quo tract9 Sicut cer. Tr.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. V9. Fiant aures tue intẽdẽtes in orationẽ serui tui. V9. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? V9. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuã sustinui te domine. Pro corpore presenti et in omnibus anniuersa. et trigin ta. episcoporum et in die animarũ/ similiter in dominica et secunda feria quando dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi: dicit hoc euãgelium. Secundum Johannem.

Cap. xi. In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecunqz poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio qz resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me/ etiam si mortuus fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me/ non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqz domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mũdum venisti. Offertorium. Domine iesu christe rex glorie/ libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus: ne cadant in obscura tenebrarum loca: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. ¶Nota qp si corpus assit in omnibus anniuersar. et trigintal. post ablutionem manuum incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris hoc modo. Hostias et preces tibi domine offerimus. Chorus. Tu suscipe pro animabus illis quarũ hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitã. Sacerdos priuatim di. In spiritu humilitatis. more solito. Deinde dicat similiter priuatim. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respondeat cantando. Vsus. Requiem eternam dona eis domie: et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe pmisisti et semini ei9.

In oĩbus vero aliis missis pro defunctis que ferialiter dicuntur: nec quando vltimo ante pascha cõpletur officiũ mortuorũ: nec in die animarũ dicitur. Sequens offertorium videlicet O pie de9 Dicitur in die animarum tantum. Offr. O pie deus/ qui primũ hominem ad eternam gloriã reuocasti: pastor bone qui ouem perditam

pro humero ad ouile reportasti: iuste iudex dñe veneris iudicare libera de morte animas eorũ quos redemisti/ ne tradas bestijs aias confitentes tibi ne derelinquas eas in finẽ.

Ante diem sepulture. Secreta.

Suscipe quesumus domine misericors pater oblationẽ quam tibi offerimus pro anima famuli tui N. quam hodie de carnali corruptione liberasti: et concede vt ab omnibus humane conditionis excessibus his remedijs expietur/et in requie sempiterna diẽ resurrectiõis prestoletur. Per dñm.

In oib⁹ missis pro corpe presenti: et in omnibus anniuer. ⁊ triginta. et in die animarum: et quando vltimo fit serui. mortu. ante pascha dicitur hec Cõio. Pro quorũ mẽoria corpus christi sumitur dona eis domine requiẽ sempiternã. Ps. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorũ memoria sanguis christi sumitur: dona eis dñe requiem sempiternam.

In oibus alijs missis p defunctis dicit̃ hec Cõio. Lux eterna luceat eis domine cũ sanctis tuis in eternũ quia pius es.

Ante diẽ sepulture. Postcõmunio.

Presta quesumus oipotens de⁹: vt animam famuli tui ab ãgelis lucis susceptã/in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dominum. ¶ Nota q in anniuer. simplicibus cuiuscũqz canoni. vel cuiuscunqz alterius dicantur oratiões q̃ in anniuer. epõrum. Epła. Uir fortissim⁹ iudas. Gradale. Requiẽ eternã. Vs⁹. Aie eorũ. a toto choro dicit̃. Tr. De profundis. similiter a toto choro cantet̃. Euãgel. vero prout supra in fe. pnotat̃.

¶ Nota etiã q qñ dr mis. mort. ferialiter grad. per cantorẽ inchoet̃: ⁊ a toto choro interim sedente cum suo Vs. absqz neuma percantetur. similiter et tractus. De profundis. cum cantu abbreuiato. Et sciendũ est q hec missa que ferialiter i cap. dicitur pro fidelibus defunctis: generaliter habet dici etiam ante pascha quãdo completur officiũ mortuorum: ac etiam in die animarũ.

¶ In die sepulture cuiuscunqz corpus sit dicitur Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/misericordiã tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui cuius corpori debitum sepulture officium persoluimus: in sinu abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cum dies agnitionis tue aduenerit/inter sanctos et electos tuos eũ resuscitari precipias. Per dominum nostrum. Secreta.

Suscipe dñe pro aĩa famuli tui hostiã quã te deo pr̃i obtulisti p nobis benigne: ⁊ quia causa hoim descendisti de celis/te redeunte sanctorum tuorum mereatur adiũgi consortijs. Per te saluator mundi. Qui viuis ⁊ reg. Postcõio.

Presta q̃s dñe vt anima famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibemus: his sacrificijs expiata/saluatiõis tue perpetuo munere gratuletur. Per dñm.

¶ In die trigintal. Oratio.

Deus cui pprium est misereri semper ⁊ parcere/ ppitiare anime famuli tui ⁊ oĩa eius peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus/transire mereat̃ ad vitã. Per dominum nostrum. Secreta.

Intuere q̃s oĩps eterne de⁹: et placat⁹ suscipe dignare hoc

sacrificiū qđ tibi offerim⁹ p aīa famuli tui: et concede illi pacē ppetuā et requiē sempiternā. Per. Postcō.

Prosit quesum⁹ domine anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit et credidit/eternum capiat te miserante consortium. Per dn̄m.

In anniuersarijs. Oratio.

Deus indulgētiarū dn̄e/da aīe famuli tui cui⁹ anniuersariū depositiōis diē cmemoraim⁹: refrigerij sedē/quietis btitudinē/luminis claritatē. Per. Secreta.

Propitiare dn̄e supplicatiōibus n̄ris p aīa famuli tui cuius hodie annua dies agit: p qua tibi offerim⁹ sacrificiū laudis/vt eā sanctorū tuorū cōsortio satiare digneris. Per dominū. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e vt aīa famuli tui cui⁹ anniuersariū depositionis diem recolim⁹: his purgata sacrificijs indulgētiam pariter et requiem capiat sempiternā. Per dn̄m. Pro episcopis. Oratio.

Deus q̄ inter aplicos sacerdotes famulos tuos pōtificali fecisti dignitate censeri: presta q̄s vt quorū vicē ad horā gerebant in terris/eorū perpetuo cōsortio letentur in celis. Per do. Secreta.

Offerimus tibi domine oblationem seruitutis p aīabus famulorum tuorū pontificum supplicantes: vt cū presulibus aplice dignitatis quorū sunt executi officium/habere mereant sempiterne btitudinis portionē. P. Postcōio.

Proficiat domine q̄s animabus famulorū tuorum pontificum diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos hui⁹ muneris dispensatores esse fecisti/inter electos antistites eos iubeas cōnumerari. Per dominum nostrū.

Pro fratribus et sororib⁹. Orō.

Deus venie largitor et humane salutis auctor quesum⁹ clementiam tuam: vt nostrarū congregationum fratres et sorores q̄ ex hoc seculo transierunt/intercedente beata maria semper virgine et beato michaele archangelo cum omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire cōcedas. Per dominum. Secreta.

Deus cui⁹ mie nō est numerus suscipe ppitius preces humilitatis nostre: et aīab⁹ fratrū et sororū nostrarum cōgregationū quibus tui nominis dedisti confessionem/per hec sacramēta salutis nostre cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per. Postcōio.

Presta q̄s oīpotens et misericors deus: vt aīe fratrū et sororum nostrarum cōgregationum pro quib⁹ hoc sacrificiū laudis tue obtulim⁹ maiestati: per huius sacramenti virtutē a peccatis oībus expiate/lucis perpetue te miserāte recipiāt beatitudinem. Per dn̄m.

Pro benefactoribus. Oratio.

Omps et misericors deus vnica salus mortaliū/te supplices exoramus p animab⁹ famulorum famularūq; tuarū/parentū et benefactorū nostrorū: et interueniēte beata dei genitrice maria cū omnib⁹ sanctis tuis/pctōrum eis largiri digneris indulgentiā: et in nouissimo die beate resurrectionis letitiam. Per eundem. Secreta.

Sanctifica quesum⁹ domine hec fidelium omniū vitalia sacramenta: et presta vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cum oībus sanctis tuis/aīe famulorū famularūqȝ tuaꝝ parētū et benefactorū nostrorū: ab oībus vitijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem. Postcōio.

Uiuificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis/concede vt hōc ipsum proficiat aīabus famulorū famularūqȝ tuarum/parentum et benefactorū nostrorum: ad promerendam ꝓpitiatiōis tue gratiam/et percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternā. Per eun.

¶ Pro oīb⁹ fidelib⁹ defunctis. Orō.

Fidelium deus omniū conditor et redēptor/animab⁹ omnium fidelium defunctoꝝ remissionem cunctorū tribue peccatorum: vt indulgentiam quā semper optauerunt/pijs supplicationib⁹ consequantur. Qui viuis. Secreta.

Hostias quesum⁹ dn̄e quas tibi pro animabus omniū fidelium defunctorum offerim⁹ propitiatus intēde: vt quib⁹ fidei christiane meritū ꝯtulisti/dones ⁊ premium. Per dominum. Postcōio.

Animabus quesumus domine omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas/et tue redemptionis facias esse participes. Qui cum deo patre viuis ⁊ regn̄. in vnitate spūs scti.

¶ Unius apostoli. Officium.



Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principat⁹ eorum. In tpe paschali. Alleluia. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Exaudi dn̄e populū tuum cū sancti apostoli tui N. patrocinio supplicātē: vt tuo semper auxilio munitus/secura tibi possit deuotione seruire. Per dn̄m nostrum iesum christum. ¶ Ad ephesios.

Fratres. Iā non estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sctōrū ⁊ domestici dei. Superedificati super fundamētum apłorum ⁊ prophetarum: ipso summo angulari lapide christo iesu. In quo omnis edificatio ꝯstructa: crescit in tēplum sctm̄ in dn̄o. In quo ⁊ vos coedificamini in tabernaculū dei: in spū sancto. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. V⁹. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabūtur. Sequentia. Cap. ij. D

Clare sanctorum senat⁹ apostolorum/princeps orbis terrarum/rectorqȝ regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare. Que per doctrinam tuam fideles sunt vbiqȝ. Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrānidem tu paule alexandrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido. Thoma/bartholomee/Johannes/philippe/simon/Jacobiqȝ pariles / Andrea / thadee/dei Bellatores inclyti. En vos

oriens & occidēs. Immo teres mū di circul9. Se patres habere gaudēt: et expectāt iudices. Et idcirco oīs mūdus laudes vobis & honorē sanctis debitum supplex inpēdit.

Infra septuagesimam. Tractus.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Vs. Potens in terra erit semen eius: generatio rectoꝝ bñdicetur. V. Gloria & diuitie in domo ei9: et iustitia eius manet in sclm scli.

Secundum Johannem.

Cap. xv. C

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis/ sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerūt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem & locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habēt de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt et oderūt: et me & patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo q̄ in lege eoꝝ scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eoꝝ. In tpe paschali alla. Secreta.

Beati apostoli tui N. domine solennia recēsentes: quesumus vt eius auxilio tua beneficia capiamus/ pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per. Prefatio. Et te domie. Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. In tempore paschali. Alla alla. Postcōio.

Uere nos misericors deus per hec sancta que sumpsimus: et beati apostoli tui N. cuius natalitia celebramus/ semper guberna presidijs. Per dominum nostrum iesum christum. In natali vnius martyris. Officium.



Letabitur iustus in domino/ et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. In tēpore paschali. alleluia alleluia. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati N. martyris tui perpetuā nobis misericordiam benign9 impende. Per. Lectio libri sapientie.

Beatus vir qui in sapientia morabitur: et q̄ in iustitia meditabitur/ et in sensu cogitabit circūspectionē dei. Cibabit illū pane vite et intellect9: et aqua sapiētie salutaris potabit illum. Firmabitur in illo & nō flectetur: et continebit illū et nō confūdetur: & exaltabit illū apd proximos suos. Et noīe eterno hereditabit illū: dñs de9 nr. Gr. Posuisti dñe sup caput ei9 coronā de lapide pcioso. V. Desideriū aie ei9 tribuisti ei: & vo

Eccl. xiiij. C et. xv. A

Sanctifica quesum⁹ domine hec fidelium omniū vitalia sacramenta: et presta vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cum oībus sanctis tuis/aīe famulorū famularūq; tuarum parētū et benefactorū nostrorū: ab oībus vitiis expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem. Postcōio.

Viuificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis/concede vt hoc ipsum proficiat aīabus famulorū famularūq; tuarum/parentum et benefactorū nostrorum: ad promerendam ꝓpitiatiōis tue gratiam/et percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternā. Per eun.

¶ Pro oīb⁹ fidelib⁹ defunctis. Or.

Fidelium deus omniū conditor et redēptor/animab⁹ omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorū tribue peccatorum: vt indulgentiam quā semper optauerunt/piis supplicationib⁹ consequantur. Qui viuis. Secreta.

Hostias quesum⁹ dn̄e quas tibi pro animabus omniū fidelium defunctorum offerim⁹ propitiatus intēde: vt quib⁹ fidei christiane meritū ɔtulisti/dones et premium. Per dominum. Postcōio.

Animabus quesumus domine omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas/et tue redemptionis facias esse participes. Qui cum deo patre viuis et regn̄. in vnitate spūs sctī.

¶ Vnius apostoli. Officium.



Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principat⁹ eorum. In tpe paschali. Alleluia. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Exaudi dn̄e populū tuum cū sancti apostoli tui N. patrocinio supplicātē: vt tuo semper auxilio munitus/secura tibi possit deuotione seruire. Per dn̄m nostrum iesum christum. ¶ Ad ephesios.

Fratres. Iā non estis hospites et aduene: sed estis ciues sctōrū et domestici dei. Superedificati super fundamētum apl'orum et prophetarum: ipso summo angulari lapide christo iesu. In quo omnis edificatio ɔstructa: crescit in tēplum sctm̄ in dn̄o. In quo et vos coedificamini in tabernaculū dei: in spū sancto. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. V⁹. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabūtur. Sequentia. Cap. ij. D

Clare sanctorum senat⁹ apostolorum/princeps orbis terrarum/rectorq; regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare. Que per doctrinam tuam fideles sunt vbiq;. Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrānidem tu paule alexandrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido. Thoma/bartholomee/Johannes/philippe/simon/Jacobiq; pariles / Andrea/thadee/dei Bellatores inclyti. En vos

oriens & occidēs. Immo teres mū
di circul⁹. Se patres habere gau
dēt: et expectāt iudices. Et idcirco
oīs mūdus laudes vobis & honorē
sanctis debitum supplex impēdit.
Infra septuagesimam. Tractus.
Beatus vir qui timet dominum: in
mandatis eius cupit nimis. ℣.
Potens in terra erit semen eius: genera
tio rectorum bñdicetur. ℣. Gloria & diuitie in
domo ei⁹: et iustitia eius manet in sclm scli.

¶ Secundum Johannem.

Cap. In illo tempore. Dixit iesus
xv. ¶ discipulis suis. Hec mando
vobis: vt diligatis inuicem. Si
mundus vos odit: scitote quia me
priorem vobis odio habuit. Si de
mundo fuissetis: mundus quod su
um erat diligeret. Quia vero de
mundo non estis/ sed ego elegi vos
de mūdo: propterea odit vos mun
dus. Mementote sermonis mei
quem ego dixi vobis: non est ser
uus maior domino suo. Si me per
secuti sunt: et vos persequentur.
Si sermonem meum seruauerūt:
et vestrum seruabunt. Sed hec om
nia facient vobis propter nomen
meum: quia nesciunt eum qui mi
sit me. Si non venissem & locutus
fuissem eis: peccatum non habe
rent. Nunc autem excusationem
non habēt de peccato suo. Qui me
odit: et patrem meum odit. Si ope
ra non fecissem in eis que nemo ali
us fecit: peccatum non haberent.
Nunc autem & viderunt et oderūt:
et me & patrem meum. Sed vt ad
impleatur sermo q̄ in lege eorum scri
ptus est: quia odio habuerunt me
gratis. Offer. In omnem terram exiuit
sonus eorum: et in fines orbis terre verba
eorum. In tempore paschali alla. Secreta.
Beati apostoli tui N. domi
ne solennia recēsentes: que
sumus vt eius auxilio tua benefi
cia capiamus/ pro quo tibi hostias
laudis offerimus. Per. Prefatio.
Et te domine. Coio. Uos qui secuti estis
me sedebitis super sedes: iudicantes duode
cim tribus israel dicit dominus. In tem
pore paschali. Alla alla. Postcōio.
Uere nos misericors deus
per hec sancta que sumpsi
mus: et beati apostoli tui N. cuius
natalitia celebramus/ semper gu
berna presidijs. Per dominum no
strum iesum christum. ¶ In nata
li vnius martyris. Officium.



Etabitur iustus in
domino/ et sperabit
in eo: et laudabuntur
omnes recti corde.
In tēpore paschali.
alleluia alleluia. Ps. Exaudi deus ora
tionem meam cum deprecor: a timore ini
mici eripe animam meam. Oratio.
Adesto domine supplicatio
nibus nostris: et intercessio
ne beati N. martyris tui perpetuā
nobis misericordiam benign⁹ im
pende. Per. Lectio libri sapientie.
Beatus vir qui in sapientia
morabitur: et q̄ in iustitia me Eccl.
ditabitur/ et in sensu cogitabit circū xiiij.
spectionē dei. Cibabit illū pane vi ¶
te et intellect⁹: et aqua sapiētie sa et. xv.
lutaris potabit illum. Et firmabi A
tur in illo & nō flectetur: et continebit
illū et nō confūdetur: & exaltabit il
lū apud proximos suos. Et noīe eter
no hereditabit illū: dñs deus noster. Gr.
Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide
precioso. ℣. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei: & vo

luntate labiorum eius non fraudasti eum.
Alleluia. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide ꝓcioso. Sequẽtia.

ORganicis canamus modulis nunc N solẽnia. Omnigenis domino vocibus reddentes odas debitas. Qui in suis sanctis mirabilis nimis/multiplici virtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat. Nam et in ipsis quasi in quibusdam musicis instrumentis digito proprio fides agitat/fides virtutum sonoras: has numerose percurrens singulas. Permiscet singulis diatesseron melliflua melodiam. Quam generat virtutum mater illa: Que alijs decenter composita reddit suauẽ symphoniam. Qua sine cuncta. Fiunt dissona. Necnõ friuola. Qua cum omnia. Fiunt consona. Necnon cõmoda. Qua iusti bene. Morantur rite. Petentes excelsa poli sydera. Alacres decantant noua cantica in cithara threicia. Quorum agentes festa/consortia mereamur in celesti patria. Tractus

DEsiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.

Secundum Johannem.

Cap. xij. D
IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autẽ mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam/perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit/honorificabit eum pater meus: qui est in celis. Offertorium In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. In tempore paschali alleluia alleluia. Secreta.

PResentia munera dñe quesumus serena pietate intuere: vt sancti spũs perfundãtur bñdictione: quatenus illã validius in nostris cordib9 dilectiõem infundant/per quam sctũs N. martyr tuus omnia corporis tormenta deuicit. Per dñ. eiusdem. Cõi. Qui vult venire post me abneget semetipsũ et tollat crucem suam et sequatur me. Postcõio.

VOs refecisti domine celesti mysterio/ab oĩbus q̃s propitiat9 absolue delictis: vt intercedẽte btõ N. martyre tuo/diuio munere purificatis mẽtib9 ꝑfruamur. p.

Missa plurimorum martyrum. Offm.

INtret in cõspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: vindica sanguinẽ sanctorum tuorum qui effusus est. Ps. Deus venerũt gentes in herẽditatem tuã: polluerũt templũ sctm̃ tuũ: posuerũt hierl'm i pomorum custodiã. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus/da nobis sãctorum martyrum tuorum N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab instantibus liberemur periculis/et digni efficiamur gaudijs sempiternis. Per dominũ. Ad hebreos.

SAncti per fidem vicerunt regna/operati sunt iustitiam/adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum/extinxerunt impetum ignis. Effugarũt aciem gladij/conualuerunt de infirmitate/fortes facti sunt i bello. Castra verterunt exterorũ: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij vero distẽti sunt non suscipientes redemptionem: vt meliorẽ inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula & carceres. Lapidati sunt/secti sunt/tẽtati sunt: in occisiõe gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis: et in pellib⁹ caprinis. Egentes/angustiati/afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinib⁹ errantes et in mõtibus et speluncis: et i cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei ꝓbati inuenti sunt. In christo iesu/domino nostro. Gradale. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. Vsus. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua confregit inimicum. Alleluia. Vsus. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent alleluia. Sequentia.

ECce pulchra canorum resonet voce alleluia. Intimãs requiem ciuibus inclytam. Celica nimium angelorum rutilãt agmina. Sancte sancte sancte christo ouanter proclamantia. Sublimi in cathedra apostolorum sede fulgida: vt lãpada: tribus et linguas iudicantia. Omnia vt stercora reputarunt tumida: propter hoc emicãt velut stella firmamẽti clara. Stolis candidis martyrum colla. Hi sunt milites qui mundi preliauerunt bella. Coronis albis coronantur sancti. Qui confitentes crediderunt iuste vel fide sectãtes. Respuerunt vana. Modo habent celestia regna. In quis triumphant dicentes optima. Siue decantant psallẽtes carmina. Arte laudiflua. Voce dulcisona. Regi christo submittentes colla. Multa recitaris laude spirituum. Itq; iubilaris in choro virginũ. Alla. Dulcimoda. Te decantãt pudicum agmina. Laus tibi sit christe semper per oĩa. Qui opitularis cantantes talia. Ecce pulchra. Alla. Et nosipsi ꝓclamemus vna. Da nobis eterna regna florida. Vbi cantemus oẽs alla.

¶ Secundum Lucam.

IN illo tempore. Eleuatis iesus oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines: et cum separauerint vos: et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrum tanq̃ malum/propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est i celo. Offertoriũ. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta. Cap. vi. D

SVscipe quesumus domine munera populi tui pro festiuitate sanctorum martyrum tuorum N. et N. et syncero corde nos fac eorum natalitijs interesse. Per dominum nostrum iesum. Cõio. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos

decet collaudatio alla. Post cōmunio.

Sacramentorum tuorum domine participatione letantes suppliciter exoramus: vt quorum merita celebrare cōdonas/ eorum nos facias imitari constantiam. Per dominum nostrū iesum.

¶ De quocunqz confessore. Officiū.

Os iusti meditabitur sapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Psal. Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatē. Gloria pa. Oratio.

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus/ eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sancti deus.

Cap. x. B ¶ Epistola. Lectio libri sapientie.

Iustum deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnum dei: ⁊ dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamē forte dedit illi: vt vinceret/ ⁊ sciret quoniam omnium potētior est sapientia. Hec venditū iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditqz cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illū donec afferret illi sceptrū regni/ et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerunt illum: ⁊ dedit illi claritatem eternā/ dominus deus noster. Gradale.

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. Versus. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alleluia. Vsus. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequentia.

Adest nobis dies alma: ⁊ magno gaudio plena. In qua sancta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma/ que gloriam cantat in excelsis voce dulcisona cum symphonia. Hodie polorum sācta agmina collaudant regem deum nostrum natum ex virgine sancta maria. Aue inclyte presul christi N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo superna: possidēs sedes almas. Te postulamus et poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitam nostram. O beate. O sancte N. Laus tibi in gloria. O beate. O sancte N. pro nobis supplica. Ut vna mereamur sancta celorum tēpla possidere leti/ cernentes alma gaudia que sūt plena. Sit deo laus honor et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum ei⁹ nō fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. V. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.

¶ Secundum Marcum.

Cap. xiii. B In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis/et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero/an media nocte/an galli cantu/an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico/vigilate. Offertorium. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. In tempore paschali alleluia. Secreta.

Suscipe domine sacrificium placationis et laudis/quod nos interueniente beato N. confessore tuo perducat ad veniam: et in perpetuam gratiam constituat actionem. Per dominum nostrum iesum christum &c. Communio. Fidelis seruus et prudens: quem constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta/eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Missa de sancto rocho.

Officium.

vid. etiam f. 116.



Congratulamini omnes in domino diem beati rochi commemorantes: in cuius commemoratione letatur



ecclesia/plebs exultat/et angeli dulcia dant melodia: dicentes/gloria tibi domine/qui talem virum in confessorem elegisti. Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Oratio.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorum: et cunctis ad eorum patrocinia confugientibus sue petitionis salutarem prestas effectum/concede plebi tue vt intercedente beato rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuota exhibet: a languore epidimie quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est sit libera: et tuo nomini semper sit deuota. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Ad Titum.

Charissime. Memor esto dominum iesum christum surrexisse Cap. 2. et 3. B a mortuis ex semine dauid secundum euangelium meum: in quo laboro vsque ad vincula/quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutem consequantur/que est cum

christo iesu in gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam: institutionem: propositum: fidem: longanimitatem: dilectionem: patientiam: persecutiones: passiones: qualia mihi facta sunt antiochie / iconio / listris. Quales persecutiones sustinui: et ex omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui pie volunt viuere in christo iesu: persecutionem patientur. Gr. Tibi pio sancto rocho honor sit et gloria: te deprecantes apud celeste numen tuis precibus a morbo epidimie saluos nos redde. V. Fac quesumus beate confessor christi vt apud deum preces nostre non sint vane: et nobis aeris temperiem concede / vt in fine tecum in celis congratulemur. Alleluia. V. O beate confessor roche / quam magna apud deum sunt merita tua: quibus credimus nos a morbo epidimie posse liberari / et aeris temperiem concedi. Alleluia. Euange. Uidete vigilate. quere in missa de quocunque confes. Offer. Te beatum rochum christi confessorem exoratum facimus / et preces ad te patrem nostrum dirigimus: vt tua intercessione a languoribus epidimie saluemur / et aeris temperie potiamur. Secreta.

Parce nobis domine: et flagella ire tue que peccata nostra merentur / precibus et meritis beatissimi confessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per. Prefatio Eterne deus. Qui iminentem niniuitis interitum sola misericordia reuocasti: quibus vt propugnator existeres cum orationis penitentia prestitisti: et huic populo tuo ante conspectum glorie tue prostrato orandi tribue puritatem: et quem desiderat presta liberationis effectum. Ut quos vnigeniti tui precioso sanguine redemisti: non patiaris misera tua mortalitatis iterire supplicio. Per christum dominum nostrum. Per quem. Com. O quam magnificum est nomen tuum beate roche: qui tuis intercessionibus multitudinem languentium nosti sanare: et nomen tuum gloriosum commemorantibus omnibus te propitium exhibere: beni et saluas nos a morbo epidimie / et aeris temperiem nobis concede. Postcom.

Refecta quesumus omnipotens deus / vt qui celestia sacramenta percepimus: intercedente beato rocho confessore tuo / per hec contra omnia aduersa muniamur: et ab omni morbo et peste ac subitanea morte liberemur. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ In natali vnius virginis et martyris. Ad missam. Officium.

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis et martyris tue festiuitate gaudemus / ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum. Lectio libri sapientie.

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meam: et pro morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee / et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in confessione: et exaudita est ora- Eccli. li.

tio mea. Liberasti me de perditione: et eripuisti me de tẽpore iniquo. Propterea confitebor et laudẽ dicam nomini tuo domine deus meus. Grad. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluia. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. Sequẽtia.

Virginis venerande de numero sapientum festa colimus socij. Filie matris superni regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororẽ dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunij. Et luxuriam secuit ense agonie. Hec contra cunctos hostis dimicauit impetus. Et hostem cruentum freta christi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta ei⁹ est ingressa thalamum. Tu q̃ iam dulcib⁹ plena delicijs. Christo miserias nostras suggerito: nobis cõsolationem precando. Tractus.

Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. ℣sus. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. ℣sus. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣sus. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciẽ tuam.

Secundum Matheum.

